Haggre. cap. lebleb .i. volubilis minor plures sunt eius species. ⁊ vna earum dicitur cissus ⁊ dicitur funis pauperum. ⁊ est maior ⁊ agrestis. ⁊ est herba similis minori volubili: nisi quia ipsa e diuersior ea. ⁊ sunt eius tres species: quarum vna est alba propter albedinem sui fructus. ⁊ secunda est nigra: ⁊ nominatur sic propter sui nigredinem. ⁊ habet semen nigrum vel coloris croceri. ⁊ tertia dicitur elix: ⁊ non habet fructum sine semen: ⁊ est illa que adheret rebus: ⁊ habet ramos minutos ⁊ folia minuta viridia angulosa amara ⁊ grossa. Et alia species ex ea est que dicitur achin. ⁊ est herba cuius folia sunt sicut cissus: nisi quia sunt minora eis. ⁊ habet ramos longos qui adherent omni rei cui appropinquant ex arboribus. ⁊ nascitur in vineis ⁊ truncis ⁊ in campis ⁊ dicitur esse species que dicitur achin. ⁊ est volubilis minor: ⁊ assimulatur in folijs cissus: nisi quia sunt minora eis ⁊ plus rotunda. ⁊ super ipsa sunt pili. ⁊ habet ramos minutos longitudinis quinque aut sex palmorum exeuntes ab vna radice: ⁊ sunt pleni folijs. ⁊ folia sunt ei pontico. ⁊ nascitur inter triticum ⁊ in locis domesticis. Et idem auc. Sal. substantia cissus est composita ex duabus substantijs terreis: quarum vna est fri. ⁊ alia cali. acuta. ⁊ est in ea dum est recens substantia terrea aquosa: que quando desiccatur resoluitur: ⁊ remanent due substantie terree. ⁊ in sapore eius est stipticitas: ⁊ acuitas. ⁊ virtus eius secunda est que resoluit ⁊ adunat. Et idem Sera. ca. ledena .i. laudanum. ⁊ colligitur ex vna specie cissos. ⁊ est arbustum quod assimulatur cisteron nisi quia folia eius sunt longiora ⁊ nigriora. ⁊ habet humiditatem que adheret manui tangentis eam in vere. ⁊ est stiptica. ⁊ confert ad omnia ad que confert cissus. ⁊ ex hac specie accipitur laudanum: quod disciplina superiori conficitur.

Posse. Dias.

Omnis hedera habet virtutem viscidam ⁊ stipticam. vnde nerui eius eam sentiunt contraria. vnde ex contrarijs componitur virtutibus. stiptica enim est ⁊ fri. ⁊ acris: cali. ⁊ aquosa participans substantia. huius folia viridia in vino cocta magnas plagas conglutinant. ⁊ maliciosa cicatrizant vlcera ex igne facta. flores eius digitis tribus sublati bibiti dysentericis medicant si bis in die bibere dantur. folia eius mixta cum cerotis combustionibus maxime prosunt. Item folia eius cum aceto cocta ⁊ imposita splenem tumentem attenuant. succus eius naribus infusus purgat caput ⁊ dolorem capitis mitigat. cum oleo puro decocta doloribus aurium opitulantur. nigre hedere succus aut fumiens eius si bibitur amentes homines prestat. quinque grana seminis eius cocta cum oleo ro. in corio mali granati ⁊ auri dextere infusa sinistro dentium dolori medentur. ⁊ vt cataplasma imposita capillos nigrescit. similiter ⁊ vlceribus vtilia sunt. folia eius cum vino cocta combustionibus medicantur. maculas imposita emendant. fumitates ipsius bibite vel imposite menstruis imperant. post purgationem vero mulierum .3.i. bibita generare non sinit. cacumina ipsius trita ⁊ melle addito ⁊ supposita aborsum prestant succus eius naribus immissos putredinem narium tollit: lach: ymal eius pediculos occidit: ⁊ capillos euellit: quibus eualsis impositus non renasci sinit. ⁊ in dentem cauum missum dolorem tollit: ⁊ ipsum corrumpit. succus radicis eius cum aceto bibitus morsibus spalangionis occurrit. Plinius cap. de hedera. Nascitur in diuersis arboribus ⁊ parietibus ⁊ petris ⁊ terris. huius folia trita dysentericos remediat. ⁊ frumento mixto ad combusturam ⁊ vulnera cancerosa prodest.

Gal.

vij. sim. phar. capit. cissos vel hedera. ex contrarijs componitur virtutibus. habet enim quid ⁊ stiptice substantie: quam quidem terrestrem frigidam monstrauimus existere. habet autem quid ⁊ acris: quam ostendimus calidam esse ⁊ gustus testatur. tertia autem cum his aquosa substantia participat tepida cum viridis est. cum enim siccatur hoc quidem diaforari primum necesse est: reliqui vero terrestrem: frigidam: ⁊ stipticam: ⁊ calidam que acris est. sed viridis quidem coctis frondibus cum vino magnarum plagarum est conglutinatiuus. cicatrizat autem ⁊ eas que ab igne vlcerationes. cum aceto vero frondia cocte spleneticos iuuant phlegmones. vnde sanat rheumata ⁊ vlcera antiqua secundum aures ⁊ nares. si vero acriue apparet cum oleo dulci miscetur. gummi vero eius sex capedes interficit. ⁊ capillos destruit: calide intantum existens virtutis vt comburat. Idem Gal. vij. sim. phar. cap. cinbacus siue cystacius. ⁊ est rosa canina stiptica est frutex in gustu. ⁊ in omnibus que sm partem actibus: frondes attamen ⁊ germina parua trita intantum siccant ⁊ stipticant vt glutinent vulnera. flores vero super omnia sunt operatiuiores: vt si cum vino bibantur: ⁊ dysenterias: ⁊ ventris imbecillitates: ⁊ rheumata: ⁊ humiditates sanent. cum vero

cataplasmantur putridos humores vlcerū innatē. est enim eorū virtus non generose siccatiua in secū do gradu. & ꝯ́mensum eius cōplete. ē aūt friantā num hic frutex ut tepidā participet caliditate. hy poquistidos vō nominata multo plus ꝙ folia est stipticior & efficax sufficienter pharmacū ad oēs fluxibiles passiones: puta sanguinis eductiōes. flu xus mulieb. eos: vomit⁹ & dysentericas dispositiōes & etiam si solutam aliquam particulam roborare voluerit humiditatē abundantem. quocirca in stomaticis epithimatibus & epaticis permiscetur.

Dias. Laudanum capillis fluentibus occur rit. mixto vino mirrha & oleo myrti no cicatrices nigras integro reddit colori. oleo ro. mixto dolorem aurium tollit. fumus eius excludit secundinas. duricies matricis dissoluit. malagma tibus necessarie miscetur. suffientibus medicat cū vino mixtū ventrē stringit. e etiā illi vi⁹ diuretica.

Gal. vij. sim. phar. Cistus fiue cistus id e lau danum. e autē subtilium partiū in sub stantia: & calide virtutis sm̄ primū accessuz cōple te vt & secundū tangat. ppterea virtus eius ē que maturat: aggregat: & fortificat: & similiter diafo retice ē virtutis & digestiue. & vltra predicta habz quandam stipticitate breuem: ppter quod cōfert egritudinibus matricis; & fortificat eaz & facit du ri capillos qui cadunt: ppterea quia destruit qd est in radicibus eoꝝ ex humiditatibus eoꝝ malis & stringit sua stipticitate poros p q̄s egrediūt pili fiunt he passiones ppter paruos humores visco sos & grossos quos incisiua & diaforetica pharma ca maxime educunt & euacuant. subtilium vō par tium oportet esse virtutis ca. & non multū stiptice non mī intantum subtilium partiū & siccantium vt siccent & depascent cuz humoribus preter naturā acerruatis ibi naturale humiditatē que auget ca pillos. ita enim non alopicias sanabunt magis ꝙ caluiciem operabuntur. necnon & laudanuz incar nat vlcera difficilis consolidationis. & miscetur in medicinis sedantibus tussim. & quando bibitur cū vino veteri stringit ventrem & fit ex eo fumigium ad expellendum secundinam. & ponitur in nasca libus valentibus contra duricie matricis. Paul⁹ cap. de laudano. est eligendum quod e pōderosū et nigrum & quod malaxari pōt. et valet etiam sic dectum contra epileptiā si inungat spina patientis et valet ad frigiditatē matricis; & suffocatione: si mulier ex eo recipit fumum et sup inferiora. valz etiā contra relaxatiōez dentium si laudanū & ma stix cōficiāt: & circa gingiuas extra & itus ponat.

Sera. auct. Diasc. cap. ledent. virtus lauda ni est ca. mollificatiua aperitiua orifi cioꝝ venaꝝ quā miscet̃ cum vino & mirrha; & cuz oleo myrtino sup cicatrices vlceꝝ meliorat eas. Et qñ mittit̃ i aurem cum vino quod dicit idro mel: aut cum oleo ro. curat dolorez eaꝝ. & fit inde fumigiū ad expelledū secūdinā. & ponit̃ i cōfecti one nascaliuz vel collyrioꝝ matricū. & confert du riciebus eaꝝ. & miscet̃ in medicinis sedātib⁹ dolo rem; & in medicinis tussis; & in vnguentis. Et qñ bi bit̃ cū vino veteri stringit ventrē: & ꝓuocat vrinā.

Auic. Laudanū est subtile. et e in eo pauca stipticitas. & est maturatiuū humidita tum grossaꝝ viscosaꝝ quas cum equalitate resol uit. in quo e virtus attractiua. & est calefactiuū ape ritiuum orificioꝝ venaꝝ: & ingredit̃ in sedatione doloris. & facit nasci pilos: inspissat eos et ꝓlōgat eos: & cōseruat ꝓprie cū oleo myrtino & cū vino: & non facit hoc nisi quia ipsū est subtile & profunda tur. & ē resolutiuū. & mūdificat corruptione corro dentem carnem. & est attractiuuz & attrahit mate riam bonam ad pilos: verūtñ non videtur cōfer re caluiciei cum incipit: & casui piloꝝ cuz apparet cutis: & fluxui capillorū. & non peruenit ad hoc vt sanet allopiciam: quoniā materia allopicie non re soluitur nisi virtute que est supra virtute resoluti onis eius. & laudanum consolidat vlcera dure cō solidationis. & distillatur cum oleo ro. in aurē do lorosam. & ingreditur in medicinis sode & pulsati onis. & confert tussi. & resoluit apostemata matri cis suppositum in pessario. & attrahit fetum mor tuum. secundinam suffumigatione facta ex eo in traiectorio. & quando bibitur cū vino antiquo cō stringit ventrē & ꝓuocat vrinam.

Cissos erritrano est herba similis hedere & voca tur hedera rufa
Cissomelas vel melanos .i. hedera nigra
Citan est medicamen quoddam ad splenem
Citran idem quod supra
Citrago vel citraria .i. melissa
Citra .i. cimolea
Citraria .i. melissa: & grece dicitur melisilon
Citrangulum quid est .l.' citromolum
Cinson .i. galla osiena
Cinnomaris .i. caduca malipunici
Cinci .i. rannus
Cinon .i. cicuta
Cininus: Plinius sic vocatur primus pomi parū malipunici. Dias. vō dicit quitinus
Cinina .i. flos maligranati
Cinsum .i. solium
Citrina .i. melissa
Citrionia .i. citonia mala
Citonium quid est .l.l. cafa
Citon .i. lac diuisum a sera
Citroc .i. citrum
Citromolum grece: latine citrangulum. vnde sci endum ꝙ citrangulūz est cuius acetositas & semi na in vsum veniunt. de citrangulo vō nūꝗ̄ menti onem repperi nec vidi nisi in qnto Auic. cap. de syrupo alkedre ex cōpositione sua. & in Damas. in antidotario vbi facit oleum de citrangulo: & oleum de citrangulorum seminibus
Citula est herba quasi cicer: & est cicer erraticum
Cithus .i. laudanum
Citrum legumen est quo caremus. vel citruz .i. po mum citrinum: pro quo .l.l. batros.

Cap. 169.

Citrullus lati. ara. bake. **Sera.**

li.aggre cap.rabera auc. Gal. Citrullus frigidior est cucumere. et generat chimum viscosum. et humores crudos in ventre. et accidunt ex esu eius febres antique male. neque prouocat vrinam sicut melon. et nocet stomacho: quare oportet qui vult vti eis vt vitet amicos nisi stomachus eius sit valde calidus. Et ide auc. Dabix. aqua citrulli et cucumeris confert inflammationibus febrium et sedat sitim. et laxat ventrem laxatione bona sine nocumento aliquo: et debet bibi cum zucaro albo. et non oportet quod detur habentibus naturam duram ad mollificandum nimie: quia illa aqua non habet tantam virtutem quod laxat naturam duram. et si ipsa faceret moram in stomacho fortitan induceret laborem et nocumentum et inflationes. Rabi moyses. citrull' cum eius digestio tardatur generat humores venenosos. Isaac in dietis particularibus li.iii. cap. de citrullis. sunt frigidiores et grauiores cucumeribus. frigiditas enim eorum est in fine tertii gradus proinde grossum generant phlegma. et neruositati stomachi magis nocent cucumeribus. rursus propter suam duriciem et frigiditatem sunt grossorum humorum generatiui: quod certificatur: quia citrulli in stomacho moram facientes venenosorum corruptione subeunt humorum. citrulli magis stomacho nocent medulla tamen eorum perfectiorem generat chimum

Cyorius — i.faba

Cyrinaicum quid est. i.i. cirinacum

Cynus — i.lenascus

Chylos. i. succus diachilon. i. de succis vel frangitur diachilon. i. de succis: inde chysma. i. clystere. dicitur chilus cibus in stomacho digestus

Cymosis secundum Oribasium appellatur cum in cornea tunice oculi vel coniunctiua apparuerit carnositas humorum: et est vngula. sed mihi videtur quod sit ophthalmia: quoniam Gal. quarto de accidenti et morbo capitulo loquens de ophthalmia et vngula posuit chymosim et pterigiam et vngulam sic quod chymosis non est vngula sed ophthalmia. — Chimosin idem quod est

Chibesi — i.malua

Chilum — i.succus liquiricie

Chilos. i. verruca similis capitibus clauorum

Chimus est massa humorum facta in epate ex succo tracto a stomacho

Chirurgia — i.manualis incisio

Chimon — i.menta

Chius — i.mastix

Chicrim — i.altea

Chili — i.labium

Chimerus — i.edus

Chimera — i.caput

Chirates est pondus quatuor granorum ordei

Chimenon — i.chibane

Chimethla cassius felix sunt punitiones latine dicte rosule a pernicie: quoniam sunt a frigore hyemis et rigore et oriuntur in calcaneis et digitis pedum

Chimocaces — idem quod supra

Chirutica — idem quod supra

Chinobar — i.cinobar

Chilidonion quid est. i.i. bauroch

Chinden quid est. i.i. lapis liberans a veneno

Chibane est species cardamomi subtilior cardamo quo vtuntur: et alio nomine vocatur chimenon

Chitum — i.altea

Citronella quid est. i.i. batronig

Cap.i.xo.

Chibur ara. vel albusac: lati. vo et grece sulfur: ca. est et sic. in quarto gradu. terra est actione caloris excocta in essentiam sulfuream commixta: aquosis et terrestribus: et igneis transeuntibus. Est autem aliud sulfur viuum quod tale est quale a terra producitur. aliud est extinctum siue mortuum quod artificialiter paratur et in calamis ferreis fun- **Auic.** li.ii. cap. de sulfure. Sulfur est ditur. omnibus notum. est ca. et sic. ad ad quartum perueniens subtilatiuum et attractiuum **Dias.** cap. sulfur omnibus notum. eligendum est viuum et colore limpidum et resplendens et perlucidum sine lapide: quod missum in focum viridem facit colorem et pinguem. nascitur in melosda: et lippara. **Posse. Dias.** Virtus eius quod resoluit et abstergit: et que resistit venenis marinis: et aliis similibus eis quando teritur et puluerizatur super locum morsure: et conficitur cum sputo aut vrina: aut cum oleo veteri: aut cum melle: aut glutine albotin. curat scabiem et egritudinem in qua eleuatur cutis: et hoc quia ipsum aufert egritudines absque hoc quod impellat materiam ipsorum ad interiora corporis: et educit saniem ex pectore. et quando transglutitur cum ouo sorbili: aut fit fumigatio cum eo confert asmati. et quando fumigatur mulier cum eo educit fetum. et miscetur cum glutine albotin: aut resina pini: et aceto: confert scabiei vlcerose: et impetigini: et maculis albis que fiunt in vnguibus. et aufert morpheam. et curat elefantiam. et similiter cum resina et aceto curat puncturam scorpionis. et quando miscetur cum nitro et fricatur inde corpus. aufert pruritum et sumit in pomo cum aqua aut ouo sorbili: et curat ictericiam. et est bonum coryze. et quando puluerizatur super corp' aufert sudorem. et quando linitur super podagram cum nitro et aqua confert ei. et confert quando fit fumigium cum eo surditati et obliuioni: et miscetur cum melle et vino. et curat attritiones aurium quando linitur cum eo. **Aui.** li.ii. cap. de sulfure. cali. est et sic. ad quartum perueniens. est subtilatiuum: attractiuum: et est ex medicinis ad albaras proprie dum non tangit ipsum ignis. et quando miscetur cum gummi albotin eradicat vestigia que sunt in vnguibus. et cum aceto ponitur super morpheam: et ponitur super adustionem: et vlcerationem: et abstergit impetiginem: et proprie cum visco alnbat. et proprie etiam cum aceto et cum nitro propter pruritum lauatur ex eo corpus. et ipsum est cum nitro et aqua super podagram linitum conueniens et stringit coryzam suffumigatum. et administratur cum aceto et melle super contritionem aurium.

Chictanda quid est. i.i. batronig

Chimoicis .i.cyminum
Chimara e carduus q comedit
Chimosbatin est secunda species bati q vocat idea
Chium .i.lenticula
Chirabes .i.scrofule
Chi in .i.pelliones pisces
Chiros .i.porcus
Chirogrillus vel cirogrillus idest dicuntur sed veri' dicitur chirogrillus: quid est .l.l. chirogrillus
Chiros effectiuos .i.in uniu operatio
Chimunde .i.fluxus mestruorum
Chitran quid est .l.l. alchitran
Chiroma .i. armoniacum no purum: p q .l.l. vasach
Chichamini .i.bolus armenus
Chimolea .i.cimolea

Cap. vi.

Hiarzamber ara. gre. & la. cassiafistula.

Sera. li. ag. cap. chiarzaber .i. cassiafistula. & sunt canne concaue: quarum color est rubeus ad nigredinem declinis. & inter ipsas sunt lamine ex carne nigra & parietes diuidentes inter eas. & intra laminam sunt grana xilocaracte: & eiusdem magnitudinis. sapor eius est dulcis. & color eius est inter glaucedinem & ruborem. & affertur a babylonia ex terra aliemen. & virtus eius est q ipsa est equalis complexionis. & electa ex illa est que est in canna sua interius nigra: granis: & lucida. & qd de ipsa vtimur plurimu est caro. Iz etiam cortice aliquado. Et idem sicio. Aben mesuai. virtus eius est que resoluit & extingat acuitatem sanguinis.

Jo. mes. Cassiafistula est ex medicinis in quibus est fiducia iuuamentorum: & est sine nocumento carens acuitate: & mordicatione: & omni excessu ledete: que potest exhiberi in omni etate: ita q pueris & pregnantibus. constat autem eius electio in sex pprietatibus: vt q eius harundo sit grossa plena splendens multi ponderis. & vt pulpa eius splendens. & pinguis. & bassa ex harundine: & conseruata in vasis vitreatis: est equalis complexionis ad latus caliditatis declinans. & est bu. in panno. & est lenitiua: & resolutiua: clarificatiua sanguinis: sedatiua eius acuitatis: & cholere rubee. nocet debilibus habentibus viscera lubrica. remouetur ab ea hoc nocumentu in permixtione myrabolanorum & rei barbari. & aqua masticis: & spica. & quandoq necessarium est ei addere lubricitatem & pprie in desiccatione viscerum: quare miscetur ei oleum de amigdalis dulcibus & diuretica faciunt eam declinare ad vias vrine: quare necessaria est eorum permixtio quando oportet mebris secunde expulsionis conferre. & ipsa est de tarde & debiliter solutione facientibus: ppter qd permiscenda sunt cum ea ex rebus habentibus acuitatem: sicut albasce & isopus & enim vigorant eius operationem: & magis adhuc si cum quibusdam ex ventre soluentibus misceatur. & ipsa cum aqua casei est nobilis operationis

Posse. Sera. aucto. Aben mesuai cassiafistula extinguit acuitatem sanguinis. & sedat apostemata dura q sunt ex eo. & resoluit apostemata dura que fiunt in gingiuis & gutture quando fiunt cum ea gargarisma cum aqua arboris vulpis & passulis. & confert ictericie: & dolori epatis. & purgat cholera adustam. & mollificat ventre mediocri mollificatione. & mundificat nervos.

Jo. mes. Cassiafistula mundificat sanguinem & remouet acuitatem eius. & sedat sitim: & pprie cum sicco endiuie: aut saltem depuratam sm artem. & ipsa quidem mundificat stomachum: & educit cholera & phlegma. & illud operatur sine nocumento: & caret mordicatione. & ipsa quidem lenit guttur & pectus & resoluit apostemata acuta in eis. & confert calefactioni renum sumpta cum diureticis & infusione liquoris: & phibet generationem lapidis in eis. & confert febribus cholericis. & dosis eius sm Sera. auc. Aben mesuai: est a. z. vi. vsq ad. z. x.

Aui. li. 2. cap de cassiafistula. Cassiafistula est equalis in caliditate & frigiditate & humiditate: & est resolutiua & lenitiua. & confert apostematibus calidis: & visceribus pprie: & gutturi qn ex eo fit gargarismus cum aqua solatri. & linitur super apostemata dura & confert eis. & liniunt ex ea podagra: & iuncture dolorose. quando dissoluitur manibus in aqua coriandri humidi cum spuma psilii: & deinde fit ex ea gargarismus: confert praefocationi. & mundificat epar. & confert ictericie & dolori epatis. & est lenitiua ventris. & educit cholera adustam: & phlegma. & resoluit sine nocumento: & absq mordicatione adeo q ipsa est conueniens pregnantibus: & soluit eas. loco eius ponitur medium ipsius terebintin de: & triplum ponderis eius de carne passul tru: octauum pond ris ipsius de turbit. & quandoq ponitur loco passularum liquiritia

Chironus .i.chirion
Chiles .i. verruce similes capitibus clauorum
Chion vocatur vlcus mellinum malu per foramina velut mel pus emittens
Crisitis litos vocatur aureus lapis: & aliquando litargyrium sic vocatur
Chrysolitos .i.chrysolitus lapis
Chaisura est semen in antidotario virid in marinato more rubi exponitur
Chrite .i.ordeum
Chrites .i. paruissima & purulenta collectio: latino vero nomine vocatur ordeolum in capillis palpebrarum: aut paulo super eis nascens
Chriconichia .i.radix vnguium
Crimon .i.cepe
Chiuitas .i.glandula
Chiras idem quod supra
Chiratica .i.percussiua
Chirabalios .i. armoniacum
Clysma .i.clystere
Clitiriza .i.liquiricia
Cliendepon .i.suldago
Clipsis .i.defectio vel angustia
Clisteos est semen cariote

Cluma.i.cadmia Clion.i.pulegium
Climasfecha.i.lithargyrű Clibat.i.git
Climasmatica.i.lithargyrű Climasfelde.i.fuligo
Cludonas greci vocant quando agitatur aqua in ventre sicut in vtero
Climaticos est species aristologie
Climatis .i.vitis alba
Clipealis quid est.i.i.albimenum

Cap.172.

c Linopodium vel clinopodium

gre.la.vo vocaſ pes columbe.

Dias. cap.de clinopodion.frutex e ſarmentosa duobus palmis ascendes a terra.naſcit locis ſaxosis.folia habet similia herpil o ⁊ florem praſſio ſimulante. ⁊ alio noie vocaſ pes columbe:pro quo **Gal.** vii.sim.phar.cap.clinopodii.calidê ē vir tutis:nondū cauſtice.est aūt ſubtiliū partiū ſm ſb ſtantiā.ponet vtiq3 ge tertiū gradus in calefaciendo ⁊ i ſiccando. **Posse. Dias.** Herba ipa bibita ⁊ cocta morſibus venenatis occurrit.de alto cadentib⁹ opitulatur.ſtrangurye preſtat effectū.menſtrua i perat.aborſū facit. potui data acrocordinaſ multis diebus tollit.vrine difficultati tardiſſimi tẽporis medetur.flos ei⁹ leoꝛpedi ſimilat: vnde ⁊ nomen ſūpſit. **Aui.** li.ij.ca.de pede columbino.cõfert ſolutioni antique. ⁊ confert colice. ⁊ efficit operationẽ hermodactiloꝝ abſq3 nocumento. Paulus cap.de pede columbino.medeſ dolore iliacum:confortado mebꝛa:⁊ materiã reſoluedo.
Clice.i.tardi Clinabile.i.myrtinum

Cap.173.

c Limenum Dias.

cap.climenũ.habet haſtã quadrã ſimile fabe viridi.⁊ folia ſilia arnogloſſe folliculos bĩs duos ſup vgas ſibi coherẽtes ſimiles iridi ⁊ polipodio. **Posse. Dias.** Succus eius cũ radice ſua emoptoicis pdeſt.aliacis ſingulare pſidiũ eſt.fluxũ mulieꝝ ſtringit.vtus e illi ſtiptica ⁊ frigida.naribus pſluentẽ ſanguinẽ ſiſtit.folliculi ipſius vulneribus ipoſiti paracoleſim faciunt.
Climenus eſt herba quã Dias.vocat periclimenon ⁊ eſt capraſolium
Cnicus agri.i.cicer ruſticũ Cnicos.i.anticrocũ
Cnicapeos .i.peucedanum
Crimia ſunt groſſiores partes tritici mola moliti
Crimon leucon .i.liliũ albũ
Criſocantes .i.hedera arborea
Crinon.i.liliũ rubeum Crimon idẽ qđ ã
Crichi.i.ordeum Critariuz idẽ qđ ã
Criſſon.i.idrogague:vł ſcriſſon:vel ſenation:vel berochalcham idem
Criſta gallinatia eſt herbene ſpecies.Dias.cap.de gerebotano.⁊ non eſt centrũ galli.ſ3 centrũ gallinę:⁊ eſt ſecũda ſpecies gerebotani.i.i. gerebotanũ
Crinos leucos .i.lilium album

Crinon.i.lilium vnde ſapo ſit:⁊ eſt hyreos
Crima.i.vnctio Criſo.i.aurum
Criſanticum.i.clapinum quo pictores vtitur:vel eſt litos lapis
Criſitis .i.lithargyriũ rubeũ
Criſocolla eſt arbor non alta mellinum habẽs lignum interius:⁊ eſt illa que vocaſ ſcotanum
Criſtis.i.plumbata Cap.174.

c Rithimon gre.vel chrithimũ:lat.cretan⁹

Gal. vij.ſim phar.ca. de cretano Crithimũ ſalſũ eſt quodãmodo cũ guſtaſ ſimul cũ breui qualitate: quocirca ⁊ virtus eius abſterſiua eſt ſimul ⁊ exſiccatiua debilior:eſt autẽ ſm vtraſq3 amari longitudine.

Dias. cap.crithimon.Frutex eſt herbe doꝛos ramos habentis in vni⁹ cubiti lõgitudine.naſciſ locis ſaxoſis:⁊ maritimis:cũ folijs albis ⁊ pinguibus:ſimilib⁹ andragne: ſ3 latiorib⁹ ⁊ oblongis.floꝛ habet album ⁊ ſemen libadoõno ſimile:magis rotũdũ ⁊ odoratũ:qđ deſiccaſ vt triticũ.radices tres aut quatuor habet:digiti groſſitudine ⁊ odoris ſuauiſſimi plenum. **Posse. Dias.**
Folia ⁊ ſemen ei⁹ ⁊ radices cocte cum vino ⁊ bibite vrinam pꝛouocant.ictericos medicant.menſtrua imperant.crude ⁊ elixe comedi poſſunt. ⁊ in ſale cõpoſite manducant.folia ei⁹ in guſtu ſalmacida ſunt. Paulus cap.de cretano.Cretanus ca.e ⁊ ſic. in tertio gradu.herba eſt q̃ i locl maritimis reperitur.vtute habet valde diureticã ex ſubtili ſubſtãtia.contra diſſuriã.ſtranguriã:⁊ vicũ lapidiſ:⁊ iliacam paſſionẽ herba ipſa in multa quãtitate bulliat in aqua ſalſa vino ⁊ oleo:⁊ in ea ſedeat patiens vſq3 ad vmbilicum. Jtẽ contra iliacã paſſionẽ ponatur in cl yſteri
Crithimũ idem qđ ã Crimmon idem qđ ã
Criſilon clematices eſt quedã ſpes trifolij
Crimũ.i.lilij flos Crinum idem qđ ã
Crioꝛi .i.aries
Crior apud Dias.eſt quoddã gen⁹ cicer] aretini
Criſantemo.i.aureus flos:⁊ eſt auriges
Criſanticum vinum.i.aureum
Criſeos.i.aureus Criſon.i.aurum
Criſma.i.vnguentũ Criſocaltos.i.auricalcũ

Cap.175.

c Riſocolla gre.vel viſcolles ara.tincbar:latĩ.vo borax vel auriglucten. Sera.

li ag. ca. tinchar.i.borax ⁊ eſt ex ſpeciebus ſaliũ:⁊ in ſapore ſuo reperitur de ſapore baurach:⁊ habet cũ hoc parũ amaritudinis:⁊ eſt minerale:⁊ minera eius eſt in ripis maris.⁊ eſt artificiale qđ fit cũ vrina infantium. Plinius cap.de criſocolla:eſt humor in puteis p venã auream defluens creſcete humore rigorib⁹ biber nis in duriciem pumicis laudatioꝛẽ eandeꝫ in ærarijs metallis:⁊ pꝛimã in argentarijs cõpertũ ẽ fieri.inuenit ⁊ in plũbarijs:vilior tñ oib⁹ his metallis.faciunt autẽ aliqui multũ innaturalẽ illam

imissis in venā aquis leniter hyeme tota usq; in estatem mensem. deinde siccatis in iunio et iulio: sz ut plene intelligat nihil aliud crisocolla q̄ vena i puteis natiua duritie maxime distat vnaz vocant ꝛc. alia crisocolla **Dias.** cap. viscallon. i. visfit artificialiter. colla. aliud artificiale. aliud naturale. artificiale fit in hūc modū: mortariū fit cū pistello suo in quo alumen liquidū nitrū et sal equo pondere cū aceto misceant sub sole feruente donec spissum fiat: et colorē ceruleū faciat: postea ut figit collyriū. aliq vo cū vrina infātis masculi hoc faciunt: et idoneū fit ad aur. glutinandū. et similiter aliud naturale est qd foditur i terra. eligenda vo ē crisocolla que porrisinū habz colorē: melior est armena. secūdo macedōica, et cypria eligenda est sine lapide et sine terra. lauanda vo est sic: mitte in mortario cū aqua crisocollam et manibus confrica fortiter: et cū resederit liqua et iterū mitte aquā confricans: hoc faciens quādiu limpida et munda exeat: et sic eiciens in sole sicca et utere: quā si cōburere volueris mitte eam tritā in sartagine: et carbo nib⁹ ipōe et coque. **Posse. Dias.**

Uires habet stringentes valde cū magna exaspe ratione. et similiter illi vtus incisiua et constrictiua detergit nāq; lacescendo et attenuando cicatrices et cutim. rheuma gingiuaꝝ cōpescit. vulnera purgat. carnē supflue vulnerib⁹ crescere non sinit. termantica est et stiptica et putredinē faciens et morsicosa. vomitū prouocat: pl⁹ sola accepta homicidiū facit. collyrijs miscet ad lachrymas facientibus.

Sera. tinchar. i. borax: et ē ex spēb⁹ salium. et sic. cōplexionis in quarto. et cōfert corrosioni dētiū: et occidit vermes qui fiūt in eis: et sedat pulsationē coꝝ. et hz in hoc ꝓprietate mirabilē: et est gluten auri. Cap. i76.

Risocolla. aristin que dicit ūga est herba sz Dias. cap. crisocolla aristin: in qua ē capitellū simile isopo. radix ē illi aspera et tenuis similis helleboro nigro: gustū habens cipressi subdulcē et austerū. nascit locis vmbrosis et saxosis. **Posse. Dias.** virtus ē ei termāntica et stiptica. radix ei⁹ pipleumoniacis apta est: accipit vo in mulsa cocta. in purgationib⁹ stericis maximuz effectum habet.

Crisocomon. i. camomilla: et ē dictū aurea coma i. bona coma

Crisofis grece: latine aurata piscis.

Cap. i77.

Risogonium est dictuz semen aureū: vel coma aurea. est eni crisogoniū sm Dias. herba cuius ūga ē recta et alba: folia habens angusta in circuitu sicut abrotanum: et comā in sūmo et i gyro aurosam: in qua ē capitellū obrotundū. radix eius tenuis est. nascit locis asperis. **Posse. Dias.** Coma ei⁹ bibita cū vino dissurijs et morbibus venatis salutare presidiū est. sciaticis et conquassationibus meder. menstrua iperat. coagulatū sanguinē ventris et vesice solui vino aut oximelle bibita catarrū abstinet. z. i. cū vino albo apposita rebus tutas eas a tineis seruat

Crisolaria e hedera cuius semen est aureum

Crisolocanna est grecū corruptū: nam grec⁹ crisolocana dicit: et est dictū aureū olus a bonitate sua n un locana dicunt de oi olere: et est atriplex

Crisomula est species fruct⁹ declinans ad colorē aureū: et nostro ideomate coꝛula: vel beracocbe: pro quo. l. l. cesmes

Crisomola idem qd supra

Cap. i78.

Rision sm Dias. ca. crision. est herba cu⁹ ūga e mollis et longa duobus cubitus: triū angulorū: et spinosa est cū thyrsulis purpureis: atq; senescentibus. circa quos sunt folia mollia et similia buglosse: sz asperiora et minora: et subalbida: et spinosa: q ūga in capite est rotūda et aspera: super quā capitella sunt purpurea: in quibus velut canapi semē multi phibent. q si aliqs ex ea herba se ligauerit eode loco vbi fuerit frutex nominans dolorē suū et ligans ibi omnē dolorē tollit.

Clystere est quoddā instrumentū medicoꝝ oib⁹ notum. et sm aliquos debet dici clystere p. l. a clepo clepas: qd ē furor furaris et stercus. inde h clystere hui⁹ clysteris. vel clysteriū est istrumētū qd stercus infirmi in ventre induratū facit exire. hic dictū clystere q̄si clype⁹. i. furans sterc⁹. vel dicit clystere q̄si col⁹ stercoris: q2 p ipsū colat sterc⁹ extrinsecus. vel dicit clystere a cleo cles qd e inclinari: q2 sterc⁹ facit inclinari. ista habet in catholicon in. l. cli. Uel dicit cristere p. r. sm q̄sdā: et cōponit a crisi et tergo tergis tergē. nā crisis hz tria significare. s. aur. iudiciū. et secretū. vn̄ cristere cōpoit a crisi qd est secretū: et tergo. unde cristere. i. secreta terso

Crinoides i. simulagine ptes

Crisopleuros i. piscis dici⁹ salpa

Crinocranla: vl' apolinū gre. lan. brassica rustica

Sal. vi. sim. phar. vocit etiā aliq licomoruz q2 citissime canes occidit: sic licomoꝝ lupos. ē etiā delicteriū boib⁹ sat| fetida herba: q̄ ppt̄ et calida oino ē nō debili: nō m̄ ꝓportiōabilit sicca. ꝓpterea ḡ et cataplasmata sufficiēter diuretice virtutis est

Crystallus quid est. l. l. lapis crystallus

Cripnū est panis vel cib⁹ q fit ex trib⁹ ptib⁹ farine ordei grossis et vna pte subtili: p qua. l. l. habaet

Crisago i. camedreos

Crispula dicit herba cancri i vnguēto martiatō pōit in atidotario galieni minori: e herba alba minuta habēs folia crispa. vt⁹ ei⁹ ē ca. et sic. medetur dolores et egritudines frigidas

Crystallion i. psilium

Crisomō. i. ligna byrcina: et ē cetūnerua vl' plura

Coareos i. folium

Coamos idem quod supra
Coameos idem qd supra
Coagulatum .i.rob
Coc est nomen ponderis libre novem et concordi Dioscorides capitulo de terb. anna. cum Serapione cap. de resina
Coercens virtus .i. stiptica: et ipsamet repercussiva potest dici
Coen .i. herba que vocatur pestozin
Coillium est animal marinū cuius virtus est propinqua virtuti animalis castorei
Coabam sunt quedā grana similia cardamomo et est nux barch. et melegetta eo q grana eius similantur granis milice
Cobzbagne idem quod supra
Cobzbegue idem quod supra
Cobozi est lapis liberans a veneno
Cobouri idem quod supra
Cobbozi idem quod supra
Cocamos .i.ciclamen

Cap. 179.

C Ocham ara. gre. capnos: lati. fumus.

Sera. li. ag. re. cap. cochan. auc. Gal. Substantia eius est terrea: subtilis. et in eo cum hoc est residuum parum ex igne. et ois quidē fumus desiccat: sz diversificatur species eius secundū diversitatē corporū a quibus resolvitur. nam a materia que est calidior et acutior generat fumus qui est secundum naturam ipsius: et ex materia que declinat ad dulcedinem: que est parū mordificativa generat fum⁹ similis ei. Et idē auc. Gal. Fumus olibani administratur aliquando cū pluribus medicinis oculorū habentiū apostemata calida. nam mundificat ea a carne. et administrat in cobol que fiunt ad restaurandum pilos palpebrarū. et fumus mirrhe et terbentine sunt longinqua a nocumento. sz fumus storacis est fortior istis. et fumus picis adhuc fortior. et fumus alkitran fortior fumo picis. et medici administrant illos qui sunt ex fortioribus speciebus in medicatione palpebrarū: quando eis est egritudo que dicit sulach. et est egritudo cū qua cadunt pili cū duricie palpebrarū: et rubore et medicatione corrosionis: et prurit⁹ que sunt in lachrymali oculi. et medicatione oculorū humoris in quibus non est apostema. et administrant alie species que sunt magis mollificantes in aliis egritudinibus in quibus administrat fumus olibani. sed modū colligendi fumū invenies in .l. ronder.
Cocana .i.citonia
Cocecoron .i.cicorea
Coclea peregrina .i. maruza que cocleas habet .l. l. balzuni
Coclea terrena et marina quid est .l.l. balzuni. verū est q sm Dias. coclea terrena est limacia. Sz sciendum q coclea interdum accipit p toto animali aliquando p sola testa secundū exigentiam
Coclearium est pondus quatuor aureorū: et est .z. sex. et coclearium est similiter spatula cū qua accipitur medicina de pixide
Coclear.. antimonii: et cocleus .i. virga virilis
Cocirion .i.incubus
Cicirio idem quod supra
Cocilium quid est lege litteram ostracorū
Coccimidos .i.lipporium
Coccimella .i. coccineo colore dicta. et sunt apud Dias. que a modernis cozula vocantur: unde capitulum de coccimella est capitulū de chrysomilis sive cozuli. sed Diasco. facit aliud capitulū de prunis: et dicit q coccimella a quibusdā pruna vocantur: non tamen asserit hoc secundū veritatem sed voce aliquorum
Cochium est quoddam animal marinū qd vulgo dicitur vitulus marinus: pilosum: habens quatuor pedes similes pedibus cameli: et parit catulos et exit interdum ad terram ad pascua
Cocognidium est semen plante dicte a Dias. camelea: et .i. st mezereon ut supra ubi ponitur de camelea. unde qui dicunt cocognidium semen esse saurcote non noverunt veritatē: p quo .l.l. camelea
Cochia .i.papaver
Cochilium .i.cocilium
Cochuna: anteperfica: chrysomela: idē qd interp̄tatur mala aurea vulgari: p̄uiciali dicitur amoza et nos dicimus comula
Cochia .i.pillule cochie
Cochia .i. suffumigatio quedam sic nominata
Cochiras est species carne: pro qua .l.l. hasap
Cochile herba est nomine falaboa similis vermiculari habens saporē acetosū. et fit ex ea alkali
Cocodrillus .i. animal qd movet mandibulum superiorem: cū cetera animalia moveant mandibulam inferiorem: pro quo .l.l. cocodrillus
Cocodafni .i.bacca lauri
Cocodasnis idem quod supra
Cocodrilla .i.serpentaria
Cocognidium quid est .l.l. camelea
Coccon .i.coccus
Coculus .i.strignum

Cap. 180. [marginal note, illegible]

C Occus vel kermes grece: ara. karmes: vel nervus: vel hermen: latine vero grana tinctorū unde tingitur scarlatum.

unde dicitur de Christo q fuit vestitus veste coccinea: idest tincta cocco: scilicet granis de scarlato. vocatur autē kermes: et est frutex sm Diasco. capitulo de cocco. sarmentosa habens in ipsis virgis bacculas rotūdas sicut lenticula que colliguntur et conficiuntur. est autem bonus coccus galleticus: et armenus: et secundus asianus: et lycius: hispanus vero omnium novissimus est. vir**Sera.** libro aggregatorum auctori. tus est ei stiptica. Diasco. capitulo hermen vel karmen id est grana tinctorū. et est arbustū scilicet qd administratur etiā ad ignem accendendum: et est medium inter arborem et herbam cuius rami sunt multum subtiles sup q̄s sūt grana rotūda similia lēticul' q̄ colligūt' et reponūt' et reservant' et conficiūt' ad tingendū

ꝛ melior ex illa est que defertur ex terris que di-
cuntur gallates. ꝛ andabasi: ꝛ armenia. ꝛ secunda
est illa de syria ꝛ lycia. ꝛ deterior oib' est illa que
defertur ab hispania ꝛ reperitur in arbore parua
satis simili in folijs arbori glandium in terris cali
chie: ꝛ in ea multiplicatur animal testosum paruū
simile limaciꝫ: ꝛ colligunt ipsam mulieres illius
terre cum ore coꝝ. Et idem aucto. Hali. Sapor
eius est stipticus cum amaritudine. ꝛ virtus eius
desiccat sine mordicatiōe: ꝛ abstergit ꝛ incarnat.

Posse. Dias. Coccus aceto tritus ꝛ impositus vulne-
ribus paracolesim facit: ꝛ neruis incisis maximū
presidi**Sera.** aucto. Hali. karmen confert
ūmest. magnis vlceribus neruorū ꝛ
alioꝝ mēbrorum quando teritur fortiter: ꝛ misce
tur cum aceto ꝛ melle: ꝛ etiā decoctione eoꝝ dant
illis qui patiuntur in neruis. Plinius cap. de coc-
co. valet vlceribus magnis: ꝛ maxime neruoꝝ vl
ceribus. ꝛ valet contra tremorem cordis ꝛ ei' de-
bilitatem. hoc asserit similiter Damas. in antido
tario suo in quadam confectione que incipit con-
fectio alkermes.

Coccus infectiuus idem quod supra
Coccus genitus i. cartamum
Cochum est terra iuxta locū vbi clausit Alexan
der gog ꝛ magog
Codia. i. semē papauer' albi Codium idem qd̄ s̄
Codilion i. semen sisileos
Cofendir i. sciatica passio
Cofendision idem quod supra
Cofenctis est quedam species titimalli
Cofenteos idem quod supra
Cozaman est satietas nausеatiua
Cogmaran idem qd̄ supra
Cognitio i. solidatio
Cogmas i. vinee
Cognicium i. millefolium
Cobarbagne. i. granum paruum simile cardamo
mo qd̄ affertur de sclauonia: ꝛ est melechetta
Cobzbagne idem quod supra
Cobiz i. cochum
Cobisi idem quod supra
Cobim. i. antrax: ꝛ potissime nascitur in membris
glandose carnis
Cobol duo significat. nam est oīs medicina ocu-
laris: ꝛ est similiter antimonium ꝑpter excellentē
v̄tutem quam habet in causis oculoꝝ
Cobopertalis. i. cibalaris: ꝛ ē quedaꝫ cartilago cō
ponens epiglotim
Cobor i. cor
Coloquintida cucurbita alexandrina: vel cucurbi
ta deserti idem. ꝛ est pomum vel fructus in trans
marinis partibus inuentus: ꝑ quo. l. l. haudeb
Cola. i. parue postule que nascūtur in ore pueroꝝ
ꝛ sunt alcole: vel cola. i. extremitas
Colagogum. i. cholere eductiuū. l. l. emac
Colastion i. purgatorium
Colastrum est prima post partum densitas lactis
Colat i. pustule in ore

Colcacorob i. ciclamen
Colcandesam i. calcantum
Cola quid est. l. l. glucten. ꝛ cola pro morbo ē opi-
latio in epate ꝛ splene
Colcos. i. graculus auis Colen. i. fel
Cholera passio siue colirica est fellis infusio ꝑ su
perius ꝛ inferius
Colena i. origanum
Colesis appellatur conglutinatio: inde paracole
sis. i. partium conglutinatio: inde sarcocolla. i. ad
carnem cōglutinandā: ꝛ sarcocollagum. i. carnis
conglutinatiuū Collectica. i. glutinatoria
Collectiua idem quod supra
Colligon vulgari appellatione dicit' cymbalaria
Colidis i. ficedula auis
Colitidum i. rhaphanum
Colistario i. fel thauri
Colisartis i. fel vrsi
Colin. i. planta: que dicitur asacirat: ꝛ est plāta ha
bens folia similia mirrhe: ꝛ in medio sui habꝫ an
nulum similem oculo: ꝛ simulatur semperuiue
Colimo i. mentastrum
Colides. i. intestinum exterius: inde colica passio
Colis i. virga virilis
Coliris i. limacia
Coli i. fel vel cholera
Coliandrum pro coriandro interdū scribitur
Coliade. i. phlegma glutinosum
Colirida i. crusta panis
Cap. 181.

Oliticon Dias. siue colicon gre. la-
tine hermodactilus
cap. coliticon. ꝛ est bulbus
agrestis qui dicitur ephe
meros: qui nascitur in fine autumni: florem habēs
album similem in figura flori croci. ꝛ folia affert
bulbo similia: ꝛ pinguiora. hastam habet duobus
palmis longam: rufam: radicem subnigram: que
si decorticata fuerit alba inuenitur: mollis ꝛ dulci
su:co plena. lactei coloris. bulbus ipse i medio ha
bet incisuram ex qua egreditur stipes vnde flos
exit. nascitur multū in messenia ꝛ in colchis. radix
eius accepta offocationem prestat sm̄ Dias. vt mi
cete. sed ideo hoc in noticiam promulimus ne pro
bulbo comedatur: quia vis inest illi veneni: q̄uis
suauis gustu sit. sed qui eum comederit sic ei sub-
ueniendum est sicut comedentibus micetes. vnde
si singulare presidium est huic rei: lac bubulinum
sumptum. vnde coliticon est surumanum pro su-
rumine: quod est hermodactilus. ꝛ ita videt' esse
sm̄ Sera. pro quo. l. l. suragen.

Collyrium est medicina ocularis forma oblōga
que fricatur super cotem cū aliquo liquore quan
do in oculis poni debꝫ: ꝛ dicitur sief. similiter col
lyrium etiam in multis libris de greco translatis
vocatur suppositoriū ꝑpter conuenientiaꝫ in for
ma. est enī forma eius sicut nucleus dactili. sꝫ gre
ce per k scribitur. ꝛ potest esse humidū ꝛ siccū. hu
midū. s. quando fit cū lardo ꝛc. siccum quando fit
cum sale gemma.

Collyrium alimbar antecessio vocatur
Collyrium rasategi .i.crio esti
Colliquatio .i.excreatio
Collyrion .i.gessamia

Cap.182.

C Olofonia

Colofonia pix erica gre.ara. ratiengi.lati. pix greca: et resina fusa. Plinius cap. de colofonia. pix erica sic dicta ab erice filio veneris qui victus ab hercule mutatus est in montem sui nominis. in quo mōte crescunt arbores quarum gūmi dicitur colofonia. inde ericis carpos fruct⁹ illius arboris. et dicitur pix greca: quia de ea i grecia in multa q̄titate invenitur sed quomodo fit.l.l.batinog. Paulus cap. de colofonia: ca. est in secūdo: sic. in .i. primo. **Posse.** Paulus ɔtra dysenteriā fit suffumigatio ex pulvere ipsius. et etiam contra tenasmonē ex frigida causa ex pulvere ipsius et nasturtii equaliter mixtis fiat aspersio super renes melle calido punctos ad pilos de facie removendos: et faciē dealbandā accipe .iij. ℥. colofonie mastice. ℥. i. modicū armoniaci purissimi et dissolue i vase terreo novo et mūdo: et ad vltimū tres guttas armoniaci et misce et cola super aquā frigidam et misce et malaxa. cum autē volueris pilos tollere resolue pauciū ad ignē et aliquantulo tepefactum pone super faciem per vnam horam vel duas: postea remove: pilos removet et faciem depurat: et fit locus siccatus cū pāno: et parum cū digito madefacto preme vt meli⁹ adhereat. potest illud emplastrū decies apponi et potest servari per duos dies. contra asma ex frigida causa materia existente digesta et dissoluta accipiat patiens fumum per os.

Colon .i. humor .s. cholera rubea: et vniversaliter pro quolibet humore ponitur. aliquando etiā ponitur pro quodam intestino quod est vltimū de tribus grossis

Colomestin .i.aconitum
Colopendria .i.saxifragia
Color indus ē quasi celestis tendēs ad nigredinē

Cap.183.

C Oloquintida

Coloquintida agresti .s. Dias. cap. de coloquintida agresti. hastas et folia habet super terram similes cucumeri nostro: que folia incisa sunt: et gustu amara. semē eius rotundum vt pila: quod colligendum est cum in maturitate co lore variaverit. **Posse. Dias.** vi⁹ ē in medio ipsius purgatoria obulo vno accepto cum mulsa mixto nitro et melle cocto et mirrha in modū catapucie bene purgat. ipse vero pile sicce tunse et mixte et clysteri adhibite sciaticis medentur. paralyticis similiter proficiunt. phlegma et choleram deponunt. menstruis imperant. aborsum faciunt. dolores dentium tollunt cacostomatice sūt collyria exinde fiunt que supposita ventres deponunt. viridis autē succus superunctus sciaticos curat. vires habet humectandi et infrigidandi abundanter. vnde succus rasure ipsius auriū dolores que ex inflāmatione calore fiūt sanat cū oleo ro. instillatus. rasura autē eius febrientibus in stomacho posita minuit febrem.

Cologntida domestica quid est.l.l.handeb
Colocantum .i.calcantum
Colonia est quoddā vlc⁹ oculi
Color celestis sm auctores est color qui est int nigredinem et albedinem quasi color subalbidus. et iste color celestinus nominatur in.l. ambra et in.l. bdellium
Color hiacynthinus .i.color celestis
Color dactili .i.color seniceus
Color purulentus .i.color sanguinis putridi
Color seniceus quid est.l.l.senichia
Color punicus .i.color subcitrinus: inde vocat̄ poma punica .i. subcitrina
Colbo .i.grana folia
Colcodea .i.dator vite
Colcotar est species vitrioli: vt apparet in.l.calcit: et in.l.zeg
Coloquintida .i.cucurbita vsualis: p qua.l.l. bara
Collocasia .i.culcasia
Columbapastron .i.pentadactilus
Colum .i.extremum: vel colum .i.mebum
Columbina .i.herbena
Colubaria .i.serpentaria
Colubrina idem quod supra
Coluber est species serpentis que dicitur ceruum fugare et leonem interficere
Columi .i.colita
Columnum .i.herba que dicitur muscellina
Collus .i.vacuus bibendi vel nappus
Colpus .i.sinus vulneris: vel colpus .i.impetigo
Comacia .i.citonia
Coma .i.gumi. et coma est stupor vel somn⁹ long⁹ vel apostema cerebri: et coma .i.lixivium
Comatra .i.pirum

Cap.184.

C Omarus

Comarus greceara bi. catilabinch: vel barnanchieth: latine ficus lupi: vel subarbito. **Dias.** cap. comarus. et est arbor similis citonie sed folia minuta habet: et fructus coccimelle similes est enim sine ossib⁹: quas multi memequilon dicunt: cui si maturitas fuerit rursum facit colorem. sed cum editur remanet in ore substantia quedam similis ei que remanet ex ficubus. vocatur ara. catilabench .i. interfector patris sui et ficus lupi: et est arbustum qd vocatur nostro ideomate armoni. fructus eius est i superficie asper. et habet saporem mixtum ex dulcedie et acetositate aliqua. Stephan⁹ cap. comaris cathilabinch .i. catelabū: quidā gombaris dicunt **Sera.** li. aggre. cap. barnanchieth .i. ficus lupi. arboris huius folia sunt similia folys citoniorum: sed sunt minora. et fructus eius est similis prunis in q̄titate: non habens nucleum: et quando maturatur declinat color eius ad rubedinem. et quando comeditur remanet substantia in

ore similis ei que remanet ex ficubus. **Gal.** vij.sim.phar.cap. de comaro.arbor ꝛ fructus eius sunt stiptici.est aũt cacostomatica:ꝛ cephalargica:memidum vo quidam nominant.

Posse. Dias. Est mal⁹ stomacho ꝛ opilat cito:ꝛ inducit stuporem.

Comara i.cardus
Comato agreos i.semen rube ferule
Comeos est omne gũmi; sȝ potissime dicitur ꝙ ẽ gũmi arabicum
Cometes est prima species titimalli
Cometa i.prauatio gressus
Comiciale i.gentiana
Comicialis quid est.i.i.epilepsia
Comidionis est semen papaueris albi
Comices est species titimalli
Comicio idem quod supra
Comis idem quod supra
Comocriates i.passimm
Compton i.malnauiscus
Conale scrontale i.rapa
Concale idem quod supra
Condari i.thus
Consa i.cicuta
Conci i.hermaphroditi
Conche idem quod supra

Cap.185.

Ondes vel condesi ara.grece strucium:latine vo cõdisi.vnde ꝛ Diasco.vocatur struciũ ꝛ macro obstrucium:quod quidã radicem bellebori albi putant:eo ꝙ sternutamẽta mouet ut ipsum:licet falso:pro quo macer sternutamentũ puluis per se mouet eius naribus iniectus veretro non segnius albo.i.belleboro. Item Dias. facit semotũ capitulũ de belleboro ꝛ condisi.nam condisi vocat strucium aliens ca. de strucio lanarij vtuntur ad fumigiũ lane qꝺ limpidat lanã.radices sunt rotunde ꝛ oblonge:que si bibite fuerint diuretice sũt ꝛ calide. **Sera.** li.aggre.cap.condes.auc. **Gal.** illud quod ex eo administratur est radix ipsius.virtus est cali.in quarto gradu.vnde ista medicina vtũr lauatores lane ad faciendũ lanam lenẽ ꝛ pulchram qñ fumigãt ipsam cũ ea:ꝛ est nota.radix eius est acuta:ꝛ i forma sua lõga ꝛ rotunda. **Gal.** vij.sim.phar.ca.de strucio sm translationẽ grecã.strucii radice maxime vtunt̃ acri quide existente secundum gustũ: cali.ꝛ sic.sȝ cõplexionẽ ex quarto fere gradu. **Posse. Dias.** Epaticis tussientib⁹ ꝛ ortonicis medentur.morbo regio vtiliter adhibent̃ cum lacte naribus infuse cũ melle coclearĩũ vnum acceptũ ventrẽ mollit.cũ panacis ꝛ capparis radicibus accepte ꝛ bibite calculos vesice frãgũt:ꝛ excludũt.sclirosim splenis spargunt.struciũ matrici appositũ menstruis imperat.aborsum facit.cũ polenta ꝛ aceto positũ lepras tollit.pustulas cũ farina ordei impositũ limpidat.collyriis mixtũ caligines oculis detergit.medicaminibus necessarie miscetur.tritum sternutamenta ꝓuocat.cũ melle tritum ꝛ in naribus missum caput purgat.

Sera. de ꝓprietate radicis eius ẽ:ꝗ si accipiat ꝙ abscindit phlegma ꝛ melancoliã grossã:ꝛ resoluit ventositates. **Gal.** radix eius est abstersiua:ꝛ vrinatiua.mouet uet sternutationes similiter aliis quecũqȝ amara sunt gustu ꝛ calide cõplexionis.

Coniuestio pro prurita inuenitur apud Alexandrum libro primo

Conium i.cicuta
Conizuli idem quod supra
Conium sucaranum idem
Conios idem Conisum idem
Conisa idem Conia idem
Conica i.cartamus
Coni sunt fructus cedri:ꝛ est pinus mascul⁹:ꝛ vocatur scerbin:vel cedrus:ꝛ est zappinus
Congelatio est quando aliquis ut dormiens iacet oculis apertis ꝛ non sentit:ꝛ est suber site camlepsia.ꝛ istud vocabulum ponitur a Gali.in illo amphorismo secunde particule somnus ꝛ vigilia.
Conusperina i.cicute semen
Coniza i.policaria

Cap.186.

Ombin vel corumb ara.grece canben:vl' brassica:vl' bacana:lati.vo caulis. **Sera.** li.aggre.capit. combin.auctẽ. Gal. Combin ex eis sunt domestici in suo sapore non habentes amaritudinem ꝛ acuitatem:in semine eoꝝ est hoc magis manifestũ.ꝛ caules agrestes plurimũ nascũtur in locis maritimis; vel in aliis locis desertis:ꝛ sunt similes domesticis:nisi ꝙ sũt albiores eis ꝛ asperiores:ꝛ sunt amari saporis.Et idem auc.Gal.sapor eoꝝ est amarior sapore domesticoꝝ.ꝛ sunt calidioris cõplexiõis ꝗ̃ ipsi.ꝛ sũt ficciores sicut ꝛ alia vniuersa fere siluestria.ꝛ non euacuatur qui comedit eos a malicia eoꝝ: ꝙ sũt remoti a cõplexione hominis.ꝛ virtus eoꝝ est ꝙ abstergunt ꝛ resoluũt plus ꝗ̃ domestici.

Gal. vij.sim.phar.cap.de caulibus sm translatione grecam. Uirtus quidẽ caulis domestici prima est que desiccat quando comeditur ꝛ quando apponitur extra.ꝛ non est in ea manifesta amaritu do nec acuitas. **Dias.** cap.de brassica. caules marinum sũt longiores a similitudine domesticoꝝ.folia ei⁹ sũt similia foliis astrologie rotunde.ꝛ cruda quidẽ folia que adherẽt thyrso sunt rufa parua.ꝛ loc⁹ eoꝝ qui est a stipite est calidior ꝗ̃ locus herbe qui dicitur thyrsus.ꝛ hȝ lac non multũ tamen. **Gal.** vij.sim.phar.ca. de caulib⁹. sapor caulis marini est declinans salsedini ꝛ amaritudini.erit vtiqȝ ad eas que extra corpori vtilitates ad quecũqȝ huius qualitatis congruunt idoneus.

Auic. li.ij.cap.de caulibus.corpus est humidius foliis.ꝛ siluestris calidior est ꝛ siccior.ꝛ ipse caulis domesticus est cali.in primo

gradu: ⁊ sic in secundo. ⁊ caulis quidem alius est domesticus. alius silvestris: ⁊ alius marinus: ⁊ alius est caulis aque. silvestris vo est amarior ⁊ acutior ⁊ remotior: ad hoc ut sit cibus.

Ser. li.ag.cap.dichanacha.Dichanacha siue dabanacha.i.mēta.ꝛ ex ea ē domestica ꝛ siluestrꝰ.ꝛ ramuli domestice q̄n maturāt̄ habet colorē celestē ꝛ sūt interiꝰ cōcaui.ꝛ i sūmitatibꝰ ramorꝫ sūt q̄si hemia.ꝛ viret ꝛ augēt̄ estate ꝛ hyeme ꝛ hꝫ odorē bonū.Est aūt alia spēs mēte siluestris cuiꝰ folia sūt aspera ꝛ pilosa paruis pilis :maiora foliis sisimbrij parꝝ ꝛ ī odore suo ē piguedo. ꝛ est minꝰ iuuatiua i medicina q̄s spēs alia.Et dicit Gal. q̄ i sba eiꝰ ē plꝰ de sbtilitate q̄s ī alio olerī.ꝛ i sapore eiꝰ ē parua caliditas ꝛ pōticitas.ꝛ v̄rꝰ eiꝰ ē ca. i tertio gradu.

Dias. ca.ediosmon.i.mēta:q̄dā noīnāt eā bachanacha:ꝛ est herba sibꝰ nota:q̄ v̄tutē hꝫ tmāicā:ꝛ stipticā:ꝛ scrāticā.

Gal. vi.sim.phar.ca.ediosmū.Ediosmuȝ vel menta:q̄dā aūt mētā odorifera noīant ꝫ āt q̄dā nō odorifera mētā:ꝛ calamētū vocant. vtref aūt sūt gustātibꝰ vtreq;ꝛ ca.v̄tutl ex 4°.gra. calefactōis debilior tn̄:que ē odorifera calamēto minꝰ calefactiua.vniuersalit̄ eni loquēdo ḣ q̄dē ē agrestis q̄dā ē:illa vō domestica q̄ ꝑpt̄ acq̄sitā ex hortēsi cultura huīditatē ad libidinē moderate ꝯcitat.iest āt ḣ oībꝰ q̄bꝰ adest semidigesta humiditas ꝛ vētosa. ꝑpt̄ hꝰ āt herbe ꝯplexionē q̄dā cū ea apata cū farina ordeacea supponūt eā q̄ calamētā facere negt eo q̄ vehemētiꝰ q̄s illa calefacit ꝛ exsiccat.hꝫ āt q̄d ꝛ acerbitatl ꝛ amaritudīs i se amaritudie q̄ lūbricos iterimit.ꝛ acerbitate exsiccando bibita recēs excreationē sanguis ꝓhibꝫ.est āt f̄m sbaȝ sbtiliū partiū sicut ꝛ aliq̄ alia herba.

Aui. li.ij.ca.de mēta. Mēta ē ca.ꝛ sic.in 2°.ꝛ ī ipsa ē humiditas supflua.in ipsa ē v̄tus calefactiua stiptica ꝓhibēs.ꝛ ē sbtilioris sbe olerū.

Dos. ¶ Cōtra syncopim ex debilitate cū febre vl̄ sine fe. siue ex medicina vl̄ q̄cūq; cā ꝯterat̄ mētū:ꝛ dispēt̄ cū aceto:ꝛ frustū panis assū in igne ponat̄ cū aceto ꝛ dimittat̄ tādiu q̄ bn̄ humectet̄:ꝛ naribꝰ applicet̄:ꝛ exīde fricent̄ labia gingiue ꝛ dentes ꝛ liget̄ ī temporibus sup venas pulsatiles tēporꝫ ꝛ brachiorꝫ:ꝛ patiens masticet ꝛ humiditatē trāsglutiat . ad matrice mūdificandū tenerū atel mēte coquāt i vino ꝛ fiat exīde suppositoriū. ꝫ colicā passionē fasciculi mēte coquāt in vino ꝛ oleo:ꝛ sup renes ꝛ pectine cataplasmet̄.ꝫ fetorē oris ꝛ putredinē gigiuarū ꝛ dentiū ex decoctiōe eiꝰ cū aceto os abluatur. Ad appetitū ꝓuocādū cū ipedit̄ ex frigidis humoribꝰ existentibꝰ in ore stomachi fiat salsamentū ex mēta ꝛ aceto ꝛ modico cinamomo seu pipe. ꝯtra vomitū factū ex debilitate v̄tutl ꝯtētiue vl̄ ex frigida cā fiat decoctio mēte i aq̄ salmacina ꝛ aceto ꝛ spongia intīcta ori stomachi supponat̄.ꝫ coagulationē lactl i mamill̄ predēt fasciculi mēte i vino ꝛ oleo decocti ꝛ supligati mamill̄ soluit.hꝫ eni similit̄ vi attrahēdi venenū:ꝛ iō q̄n dat̄ cū aliq̄ medicina ꝫ venenū dat̄ cū succo eiꝰ vl̄ cū aq̄ decoctionis eiꝰ.ꝫ succus mēte romane vl̄ saracnice vel vinū decoctōis eū melle mixtꝰ valꝫ ꝫ opilatioēs splenis stomachi ꝛ epatl:ꝛ naliū viaꝝ ex frigido humore ꝛ etiā ex caliditate sine fe.succꝰ āt eiꝰ datꝰ lūbricos occidit.auribꝰ istillatꝰ vermes necat.decocta herba i vino ꝛ oleo cataplasmata soluit sclirosim .i.duriciē apostematū supiorꝝ.Mētastꝝ vel menta siluatica vl̄ agrestis cū cariciis coq̄t̄ in vino ꝛ det̄ patiēti frigida passiȝ. vinū decoctiōis eiꝰ ꝛ puluis eiꝰ in cibis datꝰ digestionē ꝯfortat.somētū factum ex aq̄ decoctiōis eiꝰ matricē infrigidatā calefacit saccellatio facta ex pulue eiꝰ rheuma frigiduȝ capitl ꝯstrigit.ꝫ ꝑ mēta aq̄tica.i.i.sisimbriū.ꝛ ꝑ mēta nō odorifera .i.i.calamētū.

Dias. Succꝰ mēte bibitus cū aceto sanguinē reiectiōibꝰ sbuenit.lūbricos extiguet.ventrē stimulat sbꝫ uctiōes tollit.cholerā ꝛ nauseā ꝯpescit. duobꝰ aut tribꝰ coclearijs cū succo malignati acidi accepta ꝛ iposita cū polēta apātā spargit.in frōte posita dolorē capitl mitigat. tumorē māmarꝫ ꝑpter coagulationē lactl tollit.sale addito morsibꝰ canīs opitulat̄.succꝰ cū mulsa dolorē auriū depellit añ coitū mlieri supposita ꝯceptū ꝓstruit gēitale.asperitudinē ligue dislenit.lac discoagulat. Cascū a putredine tutū seruat.ꝯditurl bn̄ miscet̄ q̄a customaca ē.habetē aīuꝫ odorl efficacia recreat.stomacho nihil ꝯcupiscēti fastidiū detrahit.i sorbitiōe ptisane optīe ꝓpinat̄.sāguinē excreātibꝰ aride herbe puluis tribꝰ digitl apphēsus ꝛ cū aq̄ ca. ī potiōe datꝰ oēȝ iuriā stoāchi detergit.eade res etiā vētrl aīalia iterficit.ꝯūsa tēpibꝰ illinit̄ ī dolore capitl.sanguis abūdātā strīgit ꝛ nimios vomitꝰ.hortulana āt hūidior ē ꝛ ad libidinē excitādū mediocrl.hꝫ āt q̄d amaritudīs p quā potata lūbricos occidit.ē et stiptica:iō cū pusca bibita recēs sputū sanguīs reprimit.ꝛ leptomerl ē pre alijs .sba eiꝰ ē ꝛ agrestis ediosmꝰ:folia hn̄s aspa ꝛ maiora.ꝛ ī oībꝰ ē bromosa ꝛ nō vti lis homini.

Aui. cū frusta mēte i lacte dimittūt̄ nō caseat̄.ꝛ cū bibit̄ eiꝰ succꝰ cū aceto abscīdit fluxū sanguīs ab iterioribꝰ fit ex ea cū sanich emplastrum ad dubel.hꝫ ꝛ ipsa quidē non est similis mentastro:quoniam in mentastro non est ponticitas.ꝛ sunt in ipso resolutio ꝛ calefactio : ꝛ exsiccatio superflua impediens

⁊ ex ea fit emplastrū ad fodā ⁊ ꝓpe cū fanicb de ordeo. ⁊ fricatus cū illo asperitas lingue remouet ⁊ succus ei9 miscet cū melicrato ⁊ instillat i aurē dolorosā. ꝓhibet fluxū singulū ⁊ sputū ei9 ⁊ coagulatione lactis i mamillis more ēplastri supposi. ⁊ sedat eaꝫ apostemata. ⁊ ꝯfortat stomachū: ⁊ calefacit ipsū. sedat singultū ⁊ digerit. ⁊ ꝓhibet vomitū phlegmaticū. ⁊ sanguineū. ⁊ ꝯfert ictericie ⁊ ꝓpter syrup9 ipsi9 adiuuat ad coitū ꝓpter īflationem q̄ ē in ipsa: ⁊ humiditatē hortulanā q̄ nō ē in mentastro. ⁊ opilat vasa spermatica. ⁊ īficit vermes ⁊ quando supponit ante horam coitus prohibet i pregnationem. ⁊ quando bibunt de ea frusta cum granis granati sedat cholericaꝫ passionem. cōfert morsui canis rabiosi: ⁊ est ꝓpria ad illud.

Dicceas .i. asarus	Dicceas .i. appollinaris
Dicceson .i. volubilis	Didalis .i. cyperus
Didalision idem	Didascalis .i. magister
Disasul .i. electuarium	Disalon .i. mentastrum
Disdah .i. rana	Disason .i. bdellium

Cap. 216.

Difrigis vel defrigis .i. frigi lapis. Ser.

li. agg. ca. difrigis. auc. Dias. sūt ei9 tres species. vna nascitur solum ex substantia ⁊ glebe terre. ⁊ nascitur sub petris: ⁊ in aqua in illa insula que postq̄ͣ detrahitur de sub aqua desiccatur i sole: ⁊ postq̄ͣ desiccatus est adurit super terrā cū compositis lignis. Species vō alia fex est eris que colligitur quando purgatur eris: ⁊ hoc quando refusum est eris: ⁊ proycitur aqua super ipsuꝫ donec infrigidatur ⁊ extrahitur ab ere: ⁊ est formula in qua proycitur: ⁊ reperitur sub eo hec species: ⁊ habet stipticitatem eris in sapore suo. Tertia vō species fit ex marcasita quando pluribus diebus coquitur vt calx. ⁊ fit color eius sicut color magre. ⁊ extrahit a fornace ⁊ reponitur. ⁊ qdam putant q̄ fit spēs quarta ex coqō est ex lapidib9 ex qbus extrahit eramen qui incidunt in crucibulo in q̄ ꝯflat: ⁊ extrahitur postea lapides repit ex eo postea. melius aūt ⁊ electius defrigis est ille i cuius sapore reperit sapor eris ⁊ ziniar: ⁊ est stipticū: de siccans fortiter linguam sicut alumē. Idem auct. Gal. Uirtus huius parue in sapore est cōpositā. nam ibi est res stiptica ⁊ res parū calida. ⁊ virtus eius secunda incarnat ⁊ consolidat bene. ⁊ tertiuꝫ confert vlceribus corrosiuis. ⁊ intrat in medicinis vlcerum oris. similiter hic lapis solus administrat aut cum melle ⁊ confert speciebus squinātie postq̄ remotus est ⁊ prohibitus flux9 humorum qui fluebant ad hoc mēbrum. ⁊ ego quidem iaꝫ vedi stati post incisionē vuule ⁊ fui visus eo in ipo vo nec fuit consolidata ⁊ curata. ⁊ confert vlceribus factis in pectine ⁊ ano. ⁊ modus administratiōis eius ad hec est sicut modus administrationis ei in vlceribus oris: ⁊ hoc q: h̄ membra curant cum eisdem medicinis.

Digegi	.i. gallina
Digestoria virtus	.i. digestiua
Digelicaroc	.i. amomum

Digiti hermetis .i. hermodactili: nam dicunt ab hermes ⁊ dactilis quod est digitus. ſꝫ fm Aui. est flos hermodactili

Digiti citrini .i. palma xpi	Diafomon .i. faba lupi
Diabimabad .i. cataplasma	Dibmadit idem
Diligi .i. digiti citrini	Dilisson .i. polium
Dilikasor .i. cretani	Dilusiar .i. rapella
Dilusur	idem
Dilutum vinum .i. aquatum non purum	
Dimag	.i. cerebrum
Dimalos	.i. ceterac
Dimason	.i. anacardus

Dimisenterion .i. rehumatica dysenteria: ⁊ ē inter epar ⁊ ventrem: ⁊ exinde per venas refundit ad intestina ea que de cibis effunduntur. succ9 enim eorum dum non permutatur in sanguine refunditur in intestinum: ⁊ sic secernitur cum coloribus mixtum

	Dimifragie .i. agrimonia
Dimilia .i. pulegium martis: ⁊ est diptamum	
Dimilea	idem

Dinamis .i. virtus: inde liber dinamidiarum .i. liber virtutum

Dinari	.i. diureticos curans
Dinazrangina est arbor similis rute q̄ caremus	
Dipa	.i. ellemum
Dipsa	.i. sitis

Dipsacos a Jo. Sera. vocatur diabetica passio .i. sitire faciens. Idem Paulus de eadeꝫ passione sitiunt inquit imoderate: vnde ⁊ dipsacos est appellata

Dipsas .i. serpens cuius morsus sitibundum facit hominē vsq; ad mortem   Dipsades idem

Cap. 217.

Diptamum lati. grec. hatin: vl' diptamon: ara. sandenig.

vbi sciendū q̄ diptamon puslegium serpillum ⁊c. oīa ista sunt spēs diptami: ⁊ ideo omnes iste tanguntur. **Sera.** li. ag. ca. sandenig. auc. Dias. Sandenig est trium spēꝫ. vna dicit origanū eradbio cuius folia hūs similia isopi: ⁊ capita non rotunda: sed velut diuisa in summitatibus virgaꝝ: ⁊ ē seme duꝝ.

Gal. vi. sim. phar. ca. de dipcamo fm translationē grecā. vtus ei9 est calefactiua desiccatiua in tertio gradu: ⁊ est subtiliū partiuꝫ. Et idē Sera. supradicto ca. ex eo ē aliud qd dicit onithis: cui9 folia sunt albiora folys pdicti: ⁊ ē magis filis isopo. ⁊ semē ei9 q̄si in coronulis pedes durū ⁊ vtus ē in via vtutis supradicti. ⁊ nō ē minoris vtut is q̄ ipsuꝫ. Et idē auc. Gal. virt9 ei9 ē sicut virt9 prime specie: nisi q: ē debilior ea: ⁊ idē ex isto est qd dicit origanū azabar: cu9 folia sunt filia folys origani ⁊ hꝫ vīgas subtiles: q̄ꝝ longitudo ē vnius palmi ⁊ plus. ⁊ sup ipsa ē corona filis corone anetiin q̄ sunt flores albi. ⁊ habet radices subtiles in quib9 nō ē iuuamētū. ⁊ folia ei9 ⁊ flores qui sumūt cū vino i potu valēt morsib9 venenosis. Et idē auc. Gal. Uirtus ei9 est calefactiua ⁊ desiccatiua i tertio gradu. ⁊ idem Tragoriganuꝫ. fm Diasco. est planta breuis i q̄titate sua similis serpillo agresti

nisi quia sūt folia latiora ꝛ fortiora. ꝛ reperitur e eo in aliquibus locis: habens subtiles ramos: ꝛ so lia subtilia. ꝛ quidam nominant eam prassium. ꝛ i aliquibus locis reperitur aliud habens folia ma iora ꝛ latiora ꝛ maius semen. Et idem auc. Halie. in sapore eius est stipticitas. ꝛ amboꝝ virtus e ca. ꝛ idem ex eo est quod dicitur alnan vel alnegen. i. pulegiū. **Gal.** vi. fm. pharmacoruꝫ. capitulo de pulegio. secundum translationem grecam: glicon siue pulegium hec est herba ve lut acris ꝛ subamara. eius virtus calefacit ꝛ subti liat vehementer. sufficiens autem signum q calefa cit est: quia cataplasmata calefacit. ꝛ siquidem am plius permanserit vlcerat. q vo subtiliat: quia hu mida viscosa ꝛ grossa q ex thorace ꝛ pulmōe fa cile facit expuere: necnon menstrua puocat. Et ē aliud quod dicitur diptamū fm Sera. ꝛ est illō quod quidam nominant alnegen: ꝛ est meschen resur: siue mesentremesir. nascitur multum in cre tensi insula: ꝛ est acuti saporis multū: ꝛ est similis alnegen: nisi quia folia eius sunt maiora ꝛ similia folijs plante dicte artidam. ꝛ artidan quidem est alba ꝛ mollis. ꝛ implentur ex ea culcitre sicut ex la na. ꝛ super alnam ꝛ cachemini est res similis lane ꝛ non habet florem nec semen. Et idē est ex eo qd dicitur casudipeamum: qd nascitur in pluribus lo cis. ꝛ est simile diptamo: nisi quia est minus eo: ꝛ non est ita acuti saporis. ꝛ facit ea que facit dipta mū: nisi quia est minoris virtutis. defertur autē ex cretensi insula. Est ꝛ alia species diptami habens folia sisimbrij: ꝛ virgas maiores virgis sisimbrij. ꝛ in summitatibus eius sunt folia similia folijs origa ni agrestis nigri coloris. ꝛ odor eius est saluie. Et idem virtus prime spēi ē calefactiua ꝛ desiccatiua i tertio gradu ꝛ icisiua. vnde sicut dicit Dias. qn su mitur decoctio eius in potu confert morsibus ve nenosis. ꝛ quando bibitur cum rob succurritur il li qui bibit opium. ꝛ quando bibitur cū sechania bin succurrit illi qui bibit gypsum: ꝛ illi qui bibit venenum quod dicitur amanarā. i. aconitum: ꝛ ē strangulator. ꝛ quando bibitur cum vino est con ueniens attritioni lacertoꝝ. ꝛ restaurat capita co rum. ꝛ quando bibitur ex eo cum aqua ꝛ melle p uocat menstrua: ꝛ confert hydropisi. ꝛ quādo cuꝫ eo ꝛ melle fit loboc curat tussim. ꝛ quando fricat cum eo corpus cum decoctione eius in balneo cu rat ictericiam. ꝛ succus ei⁹ curat apostemata gu le ꝛ vuule. ꝛ quando miscetur succus eius cū oleo de ireos et eycitur in nares mundificat caput. ꝛ quando miscetur cum lacte ꝛ distillatur in aureꝫ sedat dolorem eius. ꝛ quando sternitur hec plan ta in domo fugat animalia venenosa. aliud quod dicitur onithis habet virtuteꝫ ut prima: ꝛ valꝫ ad ea ad que valet prima species. Est alia species que dicitur origanum azaba qua non vtimur. Est alia species que dicitur tragoriganum habēs folia ma iora: vt in principio dictum est. arborum virt⁹ est calida. prouocat vrinaꝫ. ꝛ quādo bibitur decoctio eoꝝ lauat ventrem: ꝛ faciunt descendere superflui tates cholericas. ꝛ quādo sumitur in potu cū ace

to confert spleneticis. ꝛ quando sumitur cuꝫ vino confert potui venenoso que dicitur alchisa. ꝛ pro uocat menstrua: ꝛ administrat cū melle in loboc ad tussim ꝛ ad apostemata pulmonis. ꝛ potio ei⁹ est conferens singultio ꝛ debilitati stomachi: ꝛ eru ctationi acetose ꝛ nausee. ꝛ datur de eo in potu ill' que eructuat. ꝛ fit emplastrū cum eo ꝛ lanich di dei ꝛ soluit apostemata phlegmatica. ꝛ confert hy dropisi. ꝛ ex eo quod dicitur alnaꝫ vel alnegen. i. pulegium quando ponitur supra corpus exterius generat herisipillam: ꝛ si dimittatur longo tēpore vlcerat. ꝛ prouocat menstrua. ꝛ expellit humores grossos per exceptionem a pectore ꝛ pulmone. ꝛ est calefactiuum ꝛ subtiliatiuuꝫ: ꝛ maturatiuū. qn sumitur prouocat menstrua ꝛ expellit secundinaꝫ ꝛ extrahit fetum. ꝛ quando bibitur cū vino ꝛ sale ꝛ melle expellit superfluitates stomachi. ꝛ cōfert habenti asma. ꝛ quando bibitur cum aceto aqua mixto sedat nauseam: ꝛ mordicationē stomachi. ꝛ purgat superfluitates melancolicas. ꝛ qui bibit cū vino confert morsui venenosoꝝ. ꝛ quando appli catur naribus cum aceto excitat syncopizantem. ꝛ qn desiccatur: cōburitur: ꝛ administratur stringit gingiuas fluxas. ꝛ quando fit emplastrū cū eo so lo ꝛ assidatur donec fiat rubea cutis confert po dagre. ꝛ quando administratur cum aceto aufert verrucas que dicuntur ancona. ꝛ quando fit em plastrū cum aceto confert spleneticis. ꝛ quādo fri catur corpus cuꝫ decoctione eius in balneo sedat pruritum. ꝛ quando sedent mulieres in decoctiōe eius confert ventositatibus matricis: ꝛ duricieb⁹ ꝛ ascensui eius ad superiora. ꝛ inuenitur ex planta vna species cuius flos est albus: ꝛ dicitur mascu lus. ꝛ alia cuius flos est purpureus: ꝛ dicitur femi na: ꝛ ambe nominant ab aliquibus balsa. ꝛ nomi natur ꝑpter stercus pastorum: quia quando ipsi comedunt augetur coꝝ doga. Species que dicitur diptamus virt⁹ est sicut pulegij domestici: nisi qa est fortioris virtutis: quia non solū bibitur; sed ex eo factum nascale seu fumigiuꝫ extrahit fetū mor tuum. ꝛ extrahit sagittas de corpore statim de co accepto cibo. Alie spēs diptami valent ad ea ad que supra. sed minus.

Diptamon idem quod supra

Diptamicen fm Dias. herba est habens fruticeꝫ minorem: multas habens hastas tenues ꝛ rotun das similes abrotano: in quibus virgis sunt folia oblonga similia oliue: ꝛ multa sicut amidor: in ca ius cacumine ē caput viscido humore. vñ si odor fuerit applicatus sternutamenta ꝓuocat. vñ ꝛ no mē ipsuꝫ a grecis accepit eo q sternutatio ponta mos dicitur.

Diptamū. i. leporis auricl'a | Dipeson. i. lolium

Dipseon. i. sitiens | Cap. 218.

Dipseus gre. ara. pfenda vl' dip sacos. vl' hirsiarbai: vl' aibsacon. la. vga pastoris: vel cardo ful lonum. Scienduꝫ q due sūt spēs vir ge pastoris. s. mascul⁹ ꝛ femina. Masculus est quē Diasco. fm translationem nostram cap. dipseua vocat dipseus: ꝛ est secundū ipsum frutex spinosa

virgam habens longam spinis plenã: folia in circuitu similia lactuce: in singulis nodis bina hñs folia z ipsa oblõga z spinosa intus z deforis spinis plena z habet etiam contracta folia que pluuiã z aurã in se retinent: vnde z nomen accepit dipsacus. i. sitiens. in virgis suis capita surgunt singula spinosa similia echino marino: sed oblongiora: que siccata album faciunt colorem: z in virga deintus vermes nascuntur.

Ser. li. aggre. cap. barsiarbai auc. Di asco. Barsiarbai vel dipsacus ẽ spina que pannos abgũt: z latine dicitur virga pastoris. z cardo fullonum: z est species spinarum habens stipitem longum spinosum. z folia ei⁹ sũt similia folijs lactuce. z super quelibet nodum stipitis sunt duo folia applectentia stipitẽ longa spĩnosa in medio eoꝝ. interius z exterius habent similitudinẽ vesicarũ aque: z sunt spinosa etiam. z hñt iuxta stipitem concauitate in qua colligit̃ pluuia z ros. z ideo nominãtur dipsacus. i. sitiens. sup quẽlibet ramũ eius est capitellum simile echino marino aliquantulum in longitudine tendens spinosum. quod cum desiccatur fit albũ. z qñ scinditur reperiuntur in medio eius vermiculi parui z ista est virga pastoris masculus. Et idem Sera. loco allegato: sunt eius due species: masculus z femina. masculus est herba que nascitur omni ãno z habet ramulos seu virgas tenues molles z subtiles nodosos. z dilatatur super faciem terre sicut gramen. z habet folia similia folijs rute: nisi quia sunt molliora z longiora. z habet iuxta vnũquodq; folium semen: z ꝓpter hoc dicitur masculus. z hꝫ florem rubeum. sed femina est quã Sera. vocat in lingua persica berserianum: z Dias. vocat eaȝ poligonos: z est centinodia femina: que ara. vocatur barsyarbay: latine vo cauda vulpis: z est fm Sera. habens plantam paruam z virgam vnicam teneram simile carne. z habet nodos in radice carne. z in nodis ipsius sunt folia egredientia ab ipsa virga similia folijs pini. z habet radicẽ in q̃ multũ ẽ iuuamentũ. nascit̃ iuxta aquas.

Gal. vi. sim. pher. ca. dipsacus. Dipsac⁹ est vĩga pastoris. plurimũ quod est in ipsa est frigiditas. z in sapore eius ẽ stipticitas. z virtus eius est que infrigidat z desiccat in principio tertij gradus. z radix huius plante desiccat in secundo gradu.

Aui. li. n. cap. de virga pastoris. Uirga pastoris est masculus z femina: sed masculus est fortior. in ipsa est stipticitas: sed pars aque in ipsa est plurima z ꝓpter multitudinem repulsiõis materierũ effusarũ estimatur q̃ est exsiccatiua.

Posse. Dias. Est vĩga pastoris masculus. radix eius desiccat in secundo gradu z abstergit: que cocta i vino z tunsa z sicut cerotum imposita: vel si emplastratur cũ ea anus curat scissuras ani: z ragadias z fistulas: z emoroidas interiores. qđ medicamen in pixide enea ↄseruanduȝ est. dacos corporis mũdat: z formicas. z vermes que in capite hui⁹ plante inueniuntur in corio suo ligati z collo suspensi aut in brachio dicuntur febrem quartanam pellere curare. z medetur myrmecis z acrocordinis.

Sera. Uirga pastoris femina est cuius vir⁹ repercutit z incarnat: z confert inflãmationi oris stomachi quãdo apponitur extra: sicut est postq̃ trita fuerit. z confert apostemati qđ dicitur herisipilla z apostematibus antiquis. z repercutit z ꝓhibet humores qui fluunt ad mẽbra. z est ex melioribus medicinis herisipille quando dilatatur: z extenditur ambulans de membro ad mẽbrum. z confert vlceribus algo z vlceribus manifestis ad que humores fluunt. z cõglutinat vulnera recentia cum suo sanguine. z confert vlceribus auris. z si est in eu sanies desiccat rã. z abscindit fluxum menstruoꝝ imoderatum. z curat vlcera intestinorum. z sputuȝ sanguinis: z sistat fluxũ eius vndecunq; fluat. z in oĩbus his masculus est fortior q̃ femina: vnde habet masculus virtutem stipticam frigidam. quando sumit̃ in potu ex succo eius confert sputo sanguinis z fluxui sanguinis antiquo: z egritudini que dicit̃ collyaca: z destillationi vrine: quia prouocat vrinam prouocatione forti. z quando sumitur in potu cum vino cõfert morsibus venenosis. z quando bibitur in febribus periodicis ante accessionem potissimi per horam confert multum. z quando fit nascale cum ea mulieri habenti fistulam: z vlcera in matrice confert iuuamentum magnum: z abscindit fluxum humiditatum antiquarum ab ea. z distillat̃ ex ea in aurem z confert dolori eius z saniei que fluit ab ea. z quando coquitur cuȝ vino z miscetur ei mel cõfert iuuamentum vlceribus matricis. z fit emplastrum cum folijs eius z inflãmationi stomachi: z sputo sanguinis: z formice: z herisipille: z apostematibus calidis z frigidis in principio eoꝝ. z quãdo coquitur cum vino z teritur bene donec fiat vt cerotum z emplastratur cum ea anus curat scissuras q̃ sunt in ano: z emoroidas iteriores. z oportet q̃ hec medicina reponatur in pixide enea: z curat speciẽȝ formice que dicitur paragodes. z dicunt quidam q̃ vermes qui reperiuntur in capitibus huius plante quando ligantur in corio suo z suspenduntur in collo z humero habentis quartanam z curat eam si deus voluerit.

Aui. Uirga pastoris prohibet fluxum z fit ex ea emplastrum phlegmoni z herisipille z formice. z est valde conferens apostematibus vlceratiuis. z consolidat vulnera recentia. succus eius interficit vermes auris: z exsiccat vlcera eius. aqua eius cõfert sputo sanguinis. z fit ex ea emplastrum inflãmationi stomachi. z prohibet fluxum sanguinis z matricis. z sanat vlcera intestinorum. z Dias. quidem estimauit q̃ ipsa prouocat vrinam z sanat illum qui retinet eam z non potest eaȝ emittere.

Dipsecus	idem quod supra
Dipseus	i. sitiens

Cap. 219.

Dipteris grece: arabice bisbeig vel biste: latine vero polipodium vel filicica: vel filix arbor.

Sera. libro aggre. cap. bisbeig aut. Diasco. Bisbeig est planta nascens in rupibus et in saxis et in muris humidis antiquis: et super stipites et iuxta radices antiquorum arborum: maxime quercuum: cuius longitudo est unius palmi: et est similis herbe dicte baracos. super ipsum sunt pili. et est alta. sed non est exaltatio eius subtilis: sicut baracos. et habet radices super quas sunt pili a quibus egreditur rami. et radix est similis animali quadordecim pedum: quod nominatur scolaca. i. scolopendria. et grossitudo eius est sicut digitus. et color eius interior est viridis ad albedinem declinans et dulcis saporis. et est illa que cedit in usum medicine. **Dias.** capit. de polipodio. Polipodium nascitur in parietibus humectis et circa radices arborum vetustarum in quercubus. Radices sunt illi aspere et illigate sicut polipus. grossitudinem digiti habentes. Rosa vero deintus viridis et subalbida apparet. Plinius cap. driopteris: vel dripteris. in arboribus nascitur: filici similis tenui foliorum subdulcium. incisura radice hirsuta &c. hoc nomen videtur compositum ex drio quod est quercus et pteris que est filix. driopteris scripsit Stephanus et aliqui dicunt quod vocatur filix masculus. sed filicem feminam in **Gal.** viii. sim. phar. cap. de inuenies in l. farax. polipodio. in sapore eius est dulcedo et stipticitas. virtus eius est que desiccat desiccatione forti sine mordicatione. et est laxatiua. et habet vim putrefactiuam: unde et pilos nudat. **Jo. mes.** cap. de polipodio. Polipodium est radix plante cuius ortus est super arbores et super lapides. et vocant eam greci filicem arboris. et illud quod nascitur in lapidibus humiditatem habet superfluam: indigestam faciens ventositatem subuersionem: et nauseam. verum melius ex eo est arboreum: et proprie quando nascitur super arborem portantem glandes. et quod est cum proprietatibus bonis: et proprie quod est grossum solidum et nodosum: et cuius color participat aliquid nigredinis et rubedinis: sed parum: et cuius confractura est sicut color fistici: et in quo est aliquid ex aromaticitate. aliud est in cuius sapore est dulcedo cum insipiditate derelinquens in gustu aliquid ex amaritudine ultimo: et quod est recens. Et idem auct. Dias. cali. est in tertio: sic. in secundo. Et idem auct. Hali. cali. et sic. in secundo: resolutiuum humiditatum grossarum et viscosarum: et excitatiuum: abstersiuum: et solutiuum. et est ex maxime desiccantibus et extenuantibus corpus. et facit subuersionem et nauseam. et est eius operatio debilis et tarda. et tollitur ab eo nocumentum primum: administrando illud cum aqua mellis et aqua passularum et aqua or. Et idem auc. Humay. Coquitur cum iure gallorum et gallinarum: et fit solutiuum bonum: et similiter cum aqua casei: et fit solutiuum conueniens. et auferunt ei nocumentum secundum si admiscetur ei aliquid de confortantibus: sicut sunt semina redolentia et species: sicut sunt daucus proprie et anisi. et semen feniculi: zinziber: et similia. decoctionem autem sufficientem **Posse. Sera.** auc. Dias. sustinet. habet virtutem soluentem. datur vero cocta cum iure gallinarum et oleribus aut cum piscibus et cum mulsa: aut sicla: aut similibus: et melancoliam et phlegma deponit. cataplasmatibus adhibita condilomata ani soluit. et quando desiccatur et teritur et datur in potu cum melicrato: purgat phlegma et melancoliam. et quando fit emplastrum cum eo confert attritionibus neruorum et scissurio digitorum: et emoroidibus. Et idem auct. Aben mesuai: proprietas eius est purgare melancoliam et phlegma sine punctione et malicia. et melius ex eo est citrinum: cuius sapor vergit ad punctionem et grassitudinem et dulcedinem. et grossitudo eius est sicut digitus: et qui vult ipsum sumere decoquat in aqua sicle decocte et postea bibat. quando vis ponere in decoctione non oportet ut rectificet ipsum aliter nisi quod teratur et misceatur cum eis. Dosis eius decocti aut infusi est a. ʒ. ii. usque ad. v. et si ne decoctione: aut sine infusione a. ʒ. i. usque ad. ii. Et idem auc. Mesaba. proprietas polipodii est purgare leuiter melancoliam. et bibitur simpliciter cum zucaro: aut mixtum cum aliquibus decoctionibus: aut confectionibus. et ingeniati sunt aliqui medicorum ad illos qui non poterant aliquas medicinas accipere producere ipsum tritum in aliquibus cibis ipsorum et purgat leuiter melancoliam. dosis eius simpliciter cum zucaro est. ʒ. ii. decocti autem cum **Jo. mes.** Solutione educit medicinis. ʒ. 4. choleram nigram cum facilitate: et grossum phlegma: et muscillaginosum. et materias uncturarum. et confert colice secundum omnem modum administrationis eius: et duriciei splenis: et proprie cum epithimo: et sale indo. et confert ad febres melancolicas et proprie cum aqua mellis: et sanat scissuras que sunt in manibus. dosis quod est a. ii. an **Auic.** in li. de viribus rel. usque ad aureos. 4. cordis dicit quod confortat cor.

Diralios .i. ferula Diranagal. i. aloea

Cap. xxo.

Dirdan grece. arabi. luzachelatine vero frassinus.

Sera. li. aggreg. cap. dirdam .i. frassinus. ita nominat greci in oriente arabes nominant eam arborem cimicum et in persia nominant eam luzach: et est arbor habens in ramalis cameralas in quibus est humiditas quod quando desiccatur generantur ex ea animalia similia cimicibus. Et idem in auct. Gal. sapor eius est stipticus: virtus est que infrigidat et desiccat. Paulus ca. de frassino. Frassinus frig. est et sic in 2°. gradu **Pos. Ser.** Uirtus eius est que conglutinat dum est recens et conglutinat vulnera recentia: et radix eius ad hec valet: similiter quando proiicitur aqua in qua decoquitur super ossa: cuius conglutinatio est necessaria. sed cortex eius dum est recens proprie si ligetur super locum vulneris consolidat ipsum: et decoctio corticis eius consumit phlegma. et quando cortex eius exsiccatur curat egritudinem cum qua **Gal.** li. dinamidiarum capi eleuatur cutis tulo de passionibus splenis. Corticem frassini coque in vino et da bibere: infallibiliter eum splenem attenuat. Nam

res ꝓbata est q si detur porcello bibere aliquib⁹
diebus & interficiatur paruissimū inuenitur splenē
Puluis contra fluxum ventris & lienteriam & dy
senteriam valent fomentum ex aqua pluuiali de
coctionis corticum eius. contra vomitū ex debili-
tate virtutis contentiue cortices eius bulliāt & spō
gia inuncta super stomachum ponatur. ex cinere
eius & argento viuo fit optimū vnguentum con-
tra scabiem &c.

Viridar	i. viridan
Virizdat	idem quod supra
Viridal	i. vitrius
Viris	i. rubus

Vironici sunt radices parue cuiusdam herbe si
militer nominate habentis folia parua victiq; ro
tūda & flores violaceos &c. nascitur in muris & ru
pis: lege pro ipsis litteram varonig

Virronici	idem quod supra

Visapolita. i. difficulter in cicatricē deuēictia &c.
Vispasia est valida virtus sustinendi

Vissapolita	i. difficulter

Vistracta dicuntur que non leuiter in ventrē cor
rumpuntur. isto vocabulo vtitur Gal. li. dinami-
diarum particula prima cap. distracta

Viscion	i. mentastrum

Vissregis vel defrigis ē medicīa metallica: absster
siua: desiccatiua. & est duoꝝ modoꝝ. vna natura
lis fossa cum metallis que est ex frigido lapide: vt
apparet in littera defrigid. alia est artificialis com
posita ex quatuor mineralibus: cuius cōfectionē
docet Oribasius in ca. de vulneribus oris

Visrepapentos	i. difficile curabilis

Dysenteria. i. dissipatio interiorum intestinorum

Visitis	i. camedreos
Viscrita	i. male terminabilis
Viscritos	idem quod supra

Visnia. i. difficultas expirandi. inde disnodici. i. ha
bentes disniam. Orthomia vero siquidem recto sce
mate prefocantur iacentes egroti. unde orthomici
i. habentes orthomiam

Dyssenteria	i. dysenteria
Dissole	i. difficilis
Discola	idem
Dissoro	i. difficile

Cap. xxi.

Dissoa arab. gre. & lati. rana. Sera.

li. aggre. cap. dissoa auc. Gal. Cinis ra
narū cōbustarum abscindit fluxū san
guinis quando puluerizatur super loca. & quādo
linitur cum eo mixto cum pice humida supra al
lopicam aufert eam. Et idem auc. Dias. Rane q̄
sunt in paludibus quando coquuntur cum sale &
oleo & administrantur in cibo sunt bezaar venenis
& lepre. & ius earum quando elixantur est conue-
niens apostematibus antiquis quando puluerizā-
tur super ea. & quādo cōburuntur & puluerizantur
cinis earum super locum vnde fluit sanguis: absci
dit eum. & miscetur cum pice humida & linitur in
de allopicia & confert. & quando sanguis ranarū
viridium ponitur in loco pili palpebre euulsi pro
hibet ortū eius. & quando rana coquitur in aqua
& aceto & fit collutio oris cum elixatura illa cōfert
dolori dentiū. **Aui.** libro secundo ca. de rana. Cinis
rane quādo ponitur super locū
sanguinis retinet eum. & ipsa quando decoquitur
cū sale & oleo est hīn q dicitur bezaar lepre: & ver
miū venenosorum comesta. eius ius confert apo
stematibus cordarum quando super eis funditur
& dicitur q ex succo vel decoctione rane fluuialis
colluitur os ad dolorem dentium & sedatur qd ē
in ea. & corpus rane & ꝓprie pinguis vel pinguedo
eius est ex eis que facilem faciunt dentium eradi
cationem. & existimo q est hoc ex petrosa & non
domestica. hec enim species est ex eis que testant
medici: & experimētatores cōmunitatis eucere vē
tes animalium quando ipsam sumūt in cibo & pa
stu. & siqs cōmedit sanguinem eius aut corp⁹ ipsi
us apostematur corpus eius & fit color eius plum
beus. & expellit sperma donec moriat. & dicitur q
quando coquitur cum sale & oleo & comeditur ē
bezaar lepre & ver **Jo. mes.** in antidotari
mibus venenosis. o suo tracta
tu de oleis. Oleum de ranis confert dolori arteti-
co & podagre calide. & inungitur super tempus in
febribus inflamationum. & facit somnum. & adeps
rane viridis que habitat in arboribus si liniat lin
per ipsum frangit ipsum

Disorexia	i. diminutio appetit⁹
Disutis	i. puritus
Disutis	idem

Disuria. i. malicia vrinationis quando fit sepissi
ma emissio eius cum dolore

Cap. xxii.

Dis arab. gre. ion lati. iuncus. Sera.

li. agg. ca. dis
i. iuncus: est herba cuius due sunt spe
cies. vna ipsarum habet acutas sūmita
tes. & ista etiā species similiter diuiditur in duas
quia ex ea est que non habet fructum. & alia que
habet fructum nigrum & rotundum. & canna hu⁹
speciei est grossior q̄ canna alterius. & ē tertia spe
cies que habet cannam grossiorē adhuc & magis
cannosam q̄ supradicte due species. & huius spei
fructus qui est in sūmitatibus eius: est similis fru
ctui iunci supradictaꝝ spēꝝ. Et idem auc. Gal. h⁹
herbe sunt due species. vna earum est subtilior &
durior. & alia grossior & mollior. fructus huius se
cūde speciei facit dormire. sed species prima est si
militer duaꝝ spēꝝ: quaꝝ vna nō facit fructū & nō
est in ea iuuamentū aliqd in medicina. & alia facit
fructum & facit somnum: nisi q est debilior q̄ pri
ma: & ista species facit sodam. & substantia istarū
duaꝝ spēꝝ ē cōposita ex terrea pauca frigida pau
ce frigiditatis: & substantia aquosa calida pauce
calidiatis. & desiccat & infrigidat: & ē narcotica. &
due species quando assantur in igne & sumuntur
potu stringūt ventrē: & abscindūt supfluitatē men
struoꝝ: & desiccāt qd descendit ex humoribus ad
partes inferiores.

Diff i.tapsia
Diolus i.gariofilata
Diton.i.quod nitro in palma nascitur
Ditosi idem
Drimia.i.acredo vel acuitas:vnde drimeos by. corre:vt in quarto regiminis acutor Gal. i.acutos humores & acres
Drimifacia i.acuta cibaria
Drimis i.acer vel acutum
Drimios idem
Driosiagus sm Dias.ca.discrerot.& est spes quercus.quidam cerrum dixerunt
Drilberot idem
Drobalanos i.glans
Drobetade i.tussis humida
Drion sm Plinium & sm Dias.capi.de strigno est strignum manicon:& est species solatri vltima a Dias.posita
Driopisteri dicitur polipodium maxime quod i quercu nascitur; vt in libro antiquo d simplici medicina: & Gal.ad paternianum
Driopistri mgt est filix que in arbore crescit quercus:quã greci vocant &c.melius tñ driopter].& aliter vocatur filitica vel polipodium
Drimum i.pungitiuum
Driopteris i.dipteris
Drios i.quercus
Dria idem
Drus grece quercus accipitur interdum pro fago & pro omni arbore glandifera
Driusma.i.sumach:& est dictũ quercus syriacum
Drisitis i.camedreos
Driofagus i.cerrus
Drax.i.species ferularũ:& est tapsia
Drirupas.i.oliua bone etatis ad condiendũ.s. incipiente bacca crescere:greci petas vocant
Docamen i.propoleos
Docan i.fumus
Docani idem
Domamatos i.celidonia

Cap.xxiij.

D Ochen vel pineros ara.gre.geguers:vel cechuas:lati. vo miliũ. Sera. li.aggre.cap.dochẽ auc. Dias.dochen siue dochon.i.miliũ:& habet duas species.vna cuius est asperũ:& est illud quod potest teri: & a quo auferatur cortex sicut fit a rizi:quod ara. vocatur piners:gre.icuers:vel elime:latine vo panicum.Est alia species fortissimi:asperrimi grani: & non põt ab eo auferri cortex. Gal. vij.sim.phar.cap.d milio.sm translationem nostram grecã.Cechias.i.miliũ:infrigidat quidẽ sm primũ gradũ:siccat aũt vl' sm tertiũ absolutũ:vel sm secundũ intensum.est aũt & aliqualiter subtilium partium modicum.ex hac ergo consistentia & cõplexione cum comeditur vt cib⁹:omnino paucioris nutrimenti est oĩbus fere corticalibus cibarijs:quinĩmo & ventrem siccat. extrorsũ vo appositũ per sacculos idonea pitia est eis qui imoderaciter egent siccari.cataplasmatum autẽ etiã siccare natum est.sufficienter tñ est fragile: & ppterea inutile fit. Gal. vij.sim.phar.cap. de eius cataplasma. milio sm translationem ara. est granũ ex speciebus granorũ.s. miliũ quod assimilatur in figura sua icuers.& virtus ei⁹ est desiccatiua: ideo retinet ventrem. sed quando ponitur exterius infrigidat in primo gradu & desiccat in fine tertij. vnde modicum dat nutrimentum & stringit ventrẽ.& quando ponitur extra in saccellis sicut cum emplastro ex eo confert iuuamento magno contra fluxũ.& ꝓuocat vrinaz & calefactoriũ ex eo factum confert doloribꝫ puncturis:& tortionibus Gal. vi.sim.phar.capit. & alijs doloribus. elime siue panicuz vocatur antẽ & mellina.est quidẽ ex leguminibus simile milio taz specie q̃ vtute:pauci vo nutrimẽti & siccatiuum.stringit enim eos qui sm ventrez fluxus sicut & milium.si vero superplasmetur de foris desiccat & infrigidat.
Docion i.ordeum
Dochion idem
Doctrina quid est.l.l.sen
Docon i.milium
Dochon idem
Docromos i.asara
Doda i.papauer
Dodra idem
Dodralion i.barba siluana
Dodecbatbeon est quedam planta habens .vij. folia similia lactuce radice lutea
Dodera i.papauer hortense
Dogum.i.lac ex quo extrahitur butirum
Dogumi idem
Doguaful.i.almeo Cap.xxiv.

D Obabarech vel basab arabice: gre. sapeoris:latine caries ligni corrosi. Sera. li.aggre. ca. dobabarech.anc. Dias.quando fit emplastrũ cum ea mundificat vl. Gal. vij.sim.phar.cap. sapeotis.caries ligni corrosi & ppeie ligni habentis stipticitatẽ & virtutẽ abstersiuã:sic sicut species quedam lignorũ habentiũ spinas mundificat vlcera humida & abstergit ea.

Cap.xxv.

D Olaka latine:grece lakirus:arabice fasiluz vel dolikos. Gal. primo de cibis cap.de dolaka.anc. Hippo. Pisa autem inflant quidem minus:secedunt aũt mag]:dolaki aũt magis his secessiui:minus aũt inflatiui:& non nutritiui:& alibi.dolaki aũt nutriũt non min⁹ pisis:sine inflatione aũt sunt ꝯsimiliter: ad delectatione aũt & secessum deteriores.quidã aũt amicorũ in Roma conuersans dicebat:dolokas Rome i agris habentes figuraz magis oblongã lachiris.& idẽ libro dinamidiarũ ca.d cancro.Succ⁹ dolake cũ pinguedine porcina cõmixtus.& ipsa herba pistata & posita cũ succo ei⁹ cancrũ interficit.

Dolara .i.auena
Dolica .i.dolaka
Dolifon .i.cymbalaria
Donax est quedam species karui que non nisi in aquaticis nascitur
Donaum .i.melilotum
Donafon .i.alaca
Dora.i. mellica quod videt' per almansore libro tertio cap. de granis qui post ca. de milio et d panico scribit sermonem de dora. verum apud Sera. cap. de panico expo **Jo. Sera.** capi. de dysenteria loquens de sorbitionibus eis aptis videt' vel e similiter q fit species mily. ista tn grana sati co venium in operationibus: quare pro quocumq ac cipiantur non est periculum: quando tn expedit uti magis stipticis melica melior est.
Dorati idem
Dorcecte est quidã pisciculus venenosus qui vo catur scorpio marinus
Dorcus .i.capriolus
Dorcar idem
Dorcatis idem
Dorna .i.auena
Dorradion .i.valeriana
Dorin .i.milium
Dorina .i.endiuia
Dorignum est species landri secundum Diasco. folia habens similia oliue: sed paulo longiora et as pera et florem album: et semen velut orobi: varius in folliculis suis: quam veteres memorant amori ficum: verum frutex eius interfectiue virtutis est.
Dornicũ quid est i.i. veronig
Doronec radix est similis brance pulpi: et appor tatur de india: sed quia raro ibi habetur ponitur pro ea vernix
Dosis .i.datio vel tributio
Dosialos .i.vince
Dosiafos idem
Dotum .i.siligo vel germanũ
Dotrifilon .i.pentadecilus
Doxiamon .i.amomum
Doxiamion idem
Doxim .i.scatures vl' scroda
Dropax .i.ruptorium
Dropodismus idem
Drosumi .i.scoria
Drosris .i.quercus
Duelion .i.caries ligni corrupti
Duefosir .i.folium
Duelli .i.dilatari
Dubellati.i.apostema cum iam collectionem fe cerit: et est saniem faciens: de quo magis speratur q fiat victus q q resoluatur
Dublet .i.dubellet
Dubella .i.dubellati
Duburen .i.secundus gradus ethice
Dubusare .i.asara
Duburion .i.filago
Duciomum .i.carpobalsamum
Duciamfon .i.regulea
Duchinbelse .i.balsamum
Ducuron .i.anacardus
Ducuram idem
Ducumbelsen .i.balsamum
Dulac .i.dactilus

Cap. 226.

D **Dullasia** ara. lati. me lon ind' **Sera.** li. aggre. ca. dullasia. Dullasia sine du labu. i. melon magnus viridis. et hm ra sim est fortis humectationis et extinctionis. et con fert febribus adurentibus. et est frigidior alys spe ciebus melonum. et tardioris imutationis in stoma cho: et longinquior a corruptione. et ppter hoc est conueniens febrientibus: et habentibus cholerã in stomacho suo ppter suam grossiciem et ppter su am elongationem a conuersione: et conueniens ca lidurati febrili: quia extinguit caliditate: et sedat in flamationem eius. et cucumer quidem facit opera tionem ppinquam huic: nisi quia plus prouocat vrinam q dullasia. Ubi sciendum q melon ma gnus e melon ind': qd per Avi. patet de cura ter tiane pure vbi laudat in tertiana pdictas melonẽ indum: et subdit forsasse non nocet melon paruus ergo melon indus est melon magnus. est eni me lon paruus habens virgulatũ colorem. exteri' est albus et dulcis. et est paruus. pro alia specie melo nis. i.i. rohera.
Dularoim .i.agrifolium
Dulcor apud Dias. est mustum coctum vsq ad tertiam partem sic q consumpta est tantũ eius tertia pars qd sapa triplicatum dicitur: et carenũ dicitur similiter et defrictum vinũ apud Avi. Di as. cap. de coriandro dicit curo dulcore. i. passo. i.i. carenum.
Dulafron .i.tinimallus
Dulutim .i.cymbalaria
Dulbul herba e que nascit' in mari: et dicit' ogaga

Cap. 227.

D **Dulb** ara. vel baccam: gre. suffire vel platanus arbor: lati. vo scotanum. vbi sciendum q scotanũ est illa arbor cum qua in hispania tingũt panni: et nos vocamus eam berzi. et est platan' ar bor: vt patet per concordiam Avic. eius cap. cum Dias. ca. d platano. et pfert velut nuces paruas: vt Jo. Sera. cap. de dentifricys. Item in Dias. fm translationem ara. cap. de plateno. arbitror plata num esse dulb. Item Stephanus cap. de platano Platanus **Sera.** li. aggre. cap. dulb. auc. Ysa est dulb. ac. Dulb est arbor magna extensa habens folia magna similia palme man' hominis: similia folys kerue: nisi quia sunt mino ra: quorum sapor est amar' ponticus: et cortex ligni eius grossus: rubens. color vo ligni eius quando scinditur est medius inter glaucedinem et rubedi nem. et habet florem paruum leuem glauci colorĩ in cuius loco quando cadit nascitur granum as perum glaucum: vergens ad ruborẽ puluerulentũ

in superficie sicut cataputie. hec in hispania vocatur palma xpi. cum qua ibidē tinguntur panni. similiter folia eius similantur folijs hellebori nigri et apparet in **Gal.** vij. sim. phar. cap. de plata .i. hellebono. no. Substantia eius ē fri. ꝛ hu. non longe a rebus temperate complexionis.

Dias. cap. de platano. Platanus habet virtutem frigidam ꝛ humidam.

Pos. Gal. Folia eius recētia quādo teruntur ꝛ ponunt̄ sicut emplastrū super apostemata que fiunt in genicalis sedat ea sedatione manifesta. sed corticis eius virtus est que desiccat adeo q̄ cortex ipsa coquitur cum aceto ꝛ confert dolori dentium. nux vo eius quando administratur cum axungia: cōfert apostematibus que accidunt a cōbustione ignis. cortex eius quando cōburitur est medicina desiccatiua: ꝛ abstersiua: confert egritudini cutis qua elevatur cutis. ꝛ cinis eius curat vulnera in quibus est sordes ꝛ putredo ꝓpter nimiam humiditatē existentem in eius loco. ꝛ oportet q̄ caueat̄ multum a puluere qui est in folijs eius ꝛ in fructu: q2 est nociuus valde canne pulmonis: ideo quia desiccat multum ꝛ inducit asperitatem: ꝛ nocet voci ꝛ locutioni ꝛ etiam visui: ꝛ auditui si cadit in auribus vel i **Dias.** Emplastrū cū eis sedat apo oculis. stemata ea. que fiunt ī genu. ꝛ quando cortex eius ꝛ nux eius cōburūt̄ ꝛ fit emplastrū cum eis ꝛ adipe porcina aut arietina: confert vlceribus putridis. similiter cinis eius facit solus hoc. ꝛ quando coquunt̄ folia eius recentia cū vino ꝛ fit emplastrum cū eis ꝓhibet cursum humorum ad oculum. ꝛ resoluit apostemata phlegmatica. ꝛ quando cortex coquitur cum aceto ꝛ fit collutio cum eo confert dolori dentium. ꝛ quādo fructus eius recens bibitur cū vino confert morsibus venenosis. ꝛ quando administratur cū axūgia curat cōbustionem ignis. ꝛ puluis foliorū ei᷒ quando cadit in oculū aut aures nocet multum similiter ꝛ puluis qui est supra fructum eius.

Dumuson	.i. allium ꝑrinum
Dumul	.i. ocra
Dumus	.i. rubus caninus
Durncugi .i. herba	

Cap. 228.

D **Una** ara. lati. cerebrū. **Ser.** li. aggrega. cap. duna auc. Gal. Cerebrum leporis quādo liniunt̄ cū eo gingiue puerorū tpe ortus dentiū eorū facit eos facile nasci ꝛ sine dolore: ꝛ hoc est notoriū apud oēs. ꝛ administratio eius postq̄ꝫ decoquitur non habet hoc. ꝛ non solum cerebrum habet hanc ꝓprietatem imo butirū ꝛ mel ꝛ alia multa habent virtutē faciendi nasci dentes infantium. ꝛ quando cerebrū leporis comeditur confert epilepticis. ꝛ quādo assatur ꝛ comeditur cerebrum eius confert tremori qui accidit post egritudinē. ꝛ cōburitur caput eius ꝛ conficitur cum adipe vrsi curat alopiciam. sed cerebrum galline stringit sanguinem miringarū cerebri. ꝛ cerebrum anatis est conueniens apostematibus q̄ fiunt ī ano. ꝛ cerebra omniū aīaliū valent contra sumentes venenum. de cerebro in via cibi. l. l. latamie.

	Dunilabos .i. barba siluana
Duniablos	idem
Dunios est serpens quidam qui habitat in lycho	
Duram	.i. turtur auis
Duragi aculem .i. auis quedam sic vocata	
Duragi	.i. durungi

Durusataria .i. res que voluitur super arborē antiquam que fert glandes: ꝛ vocatur ara. alberub ꝛ syrice vua demonis: ꝛ est lanugo que pēdet ꝛ inuoluitur in magnis arboribus sicut vua

Durungi quid est .l. l. dozonigi	
Dusatan	.i. visnee
Dusafolon	.i. ceterac
Dusarum	.i. auena
Duspactum vel duspectū .i. nocens digestioni	
Dubene	.i. musca
Dhulabar	.i. aysdo
Dhulabam	idem
Dhusabron	.i. cicuta
Dhusafron	idem

Sequitur de E

Ace	.i. thymum
Karsen	.i. cinnamomum

Cap. 229.

E **Asuch** ara. gre. habotosa: la. vo cuscuta.

Sera. li. ag. ca. easuch. ē res q̄ adhēt herbis inuoluens eas sicut fila. sed in summitatibus habet fructū subalem. ꝛ ipsa crescit in arboribus: ꝛ in summitate eius inuoluitur simul. reperitur de ipsa multū in vineis ꝛ destruit multum herbas. ꝛ multi vtuntur ad curationem tussis: ꝛ i ipsa est amaritudo: ꝛ ponitur in vinū ꝛ fortificat ipsum ꝛ inebriat. Et idē auc. Aben mesuai: est herba que reperitur intra linum ꝛ suspenditur ei: in cuius sapore est amaritudo ꝛ ponticitas plus amaritudine. ꝛ virtus ei᷒ ē calida in primo gradu: sic. in secundo. Et idē auc. Mesarugie: est frigida ꝛ humida. Et idem auct. Alabati: est ꝯposita contrarijs virtutibus. ꝛ est in ea amaritudo ꝛ stipticitas. ꝛ est cali. in primo gradu: sic. in secundo. Et idem auc. Sabor eben. Eius caliditas aut frigiditas eius est sm̄ cōplexionem arboris cui adheret q̄m̄ sit calida per adherentiam calide arboris: ꝛ est frigida ꝑ adherētiā fri.

Posse. Ser. auc. Halie. Abstergit ꝛ fortificat ꝛ aperit opilationes epatis ꝛ renum ꝛ fellis. ꝛ mundificat venas subtiles ꝛ grossas ab humorib᷒ grossis ꝛ cholericis. ꝛ fortificat stomachum ꝛ epar. ꝛ ꝯfert ictericie facte ab opilatione epatis ꝛ febri: ꝛ ꝓprie febri infantium. ꝛ purgat choleram. Et idem aucto. Mesarugie confert ictericie ꝛ opilationi epatis ꝛ splenis. Et idem auct. Alabati: confert stomacho ꝛ epati ꝛ eorū opilationibus. ꝛ expellit superfluita

tes nervorum et venarum. et mollit ventrem. et cōferi scabi⁹. et de ꝓprietate ei⁹ est expellere supfluitates antiquas a venis. Et idem auc. Sabor eben. ē bona stomacho et maxime quando miscetur cum eo anisum et semina similia.

Easuch	idem
Eerbathen	i. helleborus
Eensentium	i. semen oleastri
Eexateon	i. menustrum
Eilbingue	i. cardamomū min⁹
Eimis	i. vinum
Einfestidos	i. hypoquistidos
Erat	i. rosa
Eira	i. rubea tinctoꝝ
Eitrago	i. citraria
Eosmari	i. tymus serpens
Eotogon	i. faba lupi
Eorasaron	i. pulegium
Eubontici	i. reuponticū
Eubesaros	i. leuisticum
Euchinus	i. ericius
Eucinus	i. lappa

Euchimā. i. bonos cibos generans: vel euchim⁹. i. bonus humor: ab eu quod est bonū et chimos qd est humor

Euchista dicuntur liquida que illiniunt: quale est quod fit ad vlcera purganda et implenda

Eucrion	i. brassium

Eutrim. i. bene teribilia: contraria discrita

Cap. 230.

E Ufragia lau. ara. herba ad bil. Paulus ca. de eufragia: est herba que similatur i stipitibus isopo cuius qz stipites sui habent colorē violaceum et non habet ramos. et folia sunt in stipitibus a medietate superius. et sunt parua incisa sicut galliculi crista. et habet flores tendentes ad albedinē satis per **Rosse.** Medetur egritudinib⁹ nos. oculoꝝ et confortat visū

Eufistides	i. hypoquistidos

Cap. 231.

ʒ.ij.radicis eius accepte choleram: et phlegma depo nunt. succus eius obulo vno acceptus: aut cochariu vnum omnia similiter facere potest. **Sera.** quoque auct. Dias. si de radice eius accipiatur. ʒ.i. et bibatur cum mellicrato. laxat ventrem. et pondus duorum onolosat foliorum eius idem facit. et semen eius si de eo accipiatur laxat choleram et phlegma. et si sumatur ex lacte eius. ʒ.i. idem facit. Et idem auct. aben mesuai: Scebran proprietas est sicut mezeron. si autem quis vult illud accipere preparet ipsum sicut preparatur mezereon: nisi quod loco absinthij ponantur rose et dragantum: et bibat ipsum cum aqua mellis aut cum rob: aut cum decoctione mellis: aut cum olere iameno. et dosis eius est ab vno kirat vsque ad .ij. Paulus. scebran laxat aquam citrinam quando bibitur cum sanich. et idem aucto. Aben mesuai: laxat melancoliam et phlegma. Et idem secundum librum quendam venenosorum id quod de ipso occidit est pondus. ʒ.ij. et abscindit fluxum qui accidit ab eo sedere in aqua frigida et proijcere ipsum super caput eius. Et idem aucto. Albix: scebran est calida in tertio gradu: et sic. in prin. secundi et est in eo cum hoc stipticitas et acuitas: ita quod qui aliquis sumit de eo in potu invenit ex eo stipticitatem in gutture suo. et antiqui utebantur eo: et inuenerunt in operationibus eius nocumentum habentibus complexionem ca. et quod inducit potantem se se. et cum hoc est malum habentibus emoroidas ani. et inducit fluxum sanguinis earum: quia vene ille de natura sua sunt fluxibiles. cum quo sentiunt siccitatem scebran et caliditatem facit eas tumescere plus et fluere: quia scebran operatur duabus qualitatibus quas diximus: et etiam propter fluxibilitatem. et ille medicine que laxant cum stipticitate et acuitate sicut scebran et mezereon faciunt hoc. sed operatio rerum stipticarum que stringunt naturam: sicut sunt glandes et castanee: et grana passularum: et cortex granati: et similia istis ex medicinis stipticis est operatio contraria operationi scebran: et mezereon: quare ipse stringunt ventrem: et stringunt illas venas: et abscindunt fluxum sanguinis ab eis. et scebran quidem quando rectificatur innamento magno. et habet proprietatem laxandi aquam citrinam et confert in colica et melancolia. et laxat phlegma grossum existens in juncturis. et melius ex eo est cuius color est rubeus leuis: habens cortices subtiles illud autem quod non est ita: sed est grossum et non est rubeum: nisi parum: quando vis ipsum frangere et non frangitur cito propter suam grossiciem: et habet in eo quid simile filis est deterius. sed scebran quod est perfide deterius est alijs. et rectificatio eius est vt tu recipias ex ipso quantitatem quam volueris et infundas in lacte ibi dimittendo die ac nocte: et caue ne plus dimittas: etenim debilitatur eius operatio ad expellendum chimos grossos: et oportet vt tu mutes lac in die illa et nocte bis aut ter: quia sic expoliatur a stipticitate et siccitate que est in eo et si vis admiscere cum alijs medicinis admisce cum his que conueniunt sibi sicut anisum maratrum et cyminum: et turbit: et myrabolani: quia ille medicine etsi sint stiptice in sapore earum: non tamen sunt ita acute sicut scebran: quia in eis est complexio que lauat corpus plusquam scebran: et iste subtiliant ipsum: et auferunt acuitatem eius. et quando tu vis cum ipso curare colicam a ventositate grossa: aut phlegmatica: aut ab opilatione: rectifica ipsum cum bdellio et serapino: et armoniaco. et fac cum his pillulas. et pone cum eis parum de stercore lupi quod reperitur super terram album sicut cerusa: aut sicut lapis albus. et si vis ipsum extrahere de lacte et siccare infunde ipsum postea in succo endiuie et feniculi et solatri clarificato stando illic tribus diebus et tribus noctibus: deinde siccentur et fiant inde trocisci et preparentur cum modico sale indi: et turbit: et myrabolanorum: et aloe: nam inde eueniet medicina multum iuuatiua. in lacte vero scebran non est aliqua bonitas: imo nocet ei qui accipit ipsum. et medici viatores occidunt cum eo multos propter ignorantiam ipsorum. et ego quesiui ab aliquibus eorum que erat illa medicina quam dabant in potu: et sciui quod erat scebran lac cum oleo sisammo et laxabant aliquos vsque ad mortem. et ex eis sunt aliqui qui accipiunt myrabolanos: et ponunt ipsos in eo loquinitida humida et extrahentes eos ab illa ponunt in alio: deinde vnum myrabolanum tantum dant in potu: et laxat donec occidat. et iste quidem medicine sunt sicut ignis: quare non debent nominari medicine: sed venena. et quidam ex eis sunt qui dant in potu karfati: et est in eo de medicina destructiua complexionis: et motiua doloris epatis et opilationis ipsius res quam impossibile est estimari. et quidam in potu dant de arthanita que lauatur lana: et est prope maliciam karfati: et de althi: et est herba que nascitur super flumina. et lignum eius est rubeum. et folia eius videntur purpurea: quando inciduntur egreditur lac ex eis sicut ex scebran. et dosis scebran quando rectificatur sicut diximus cum alijs medicinis est a danich .i. vsque ad .ij. secundum **Jo. mes.** Solutione educit phlegma vitrem. vehementer et aquam citrinam: et humores melancolicos et materias a iuncturis: et confert dolori earum. est ex medicinis magnis hydropisis. verum nocet stomacho et epati et desiccat corpus vtentis ipso. et consumit sperma et lac eius facit hoc vehementius. et facit cadere in febres. dosis corticis radicis eius est a kirat. ij. vsque ad .iij. et eius lactis a kirat. i. vsque ad .iij. Sed sciendum quod esula oritur in locis calidis et siccis: cuius magnam copiam vidi sardinie et tunisi. et similatur multum herbe dicte lunarie: nisi quia esula lactescit: lunaria vero non. vnde versus. Esula lactescit sine lacte lunaria crescit.

Escathe	est pondus. ʒ.ij.
Escula	.i. cibationes

Escumban. i. aromata frigida: vt sandalum rose &c.

Escaltidos. i. fuligo appendens trabibus et parietibus ex fumo facta

Esbalodes	.i. fumosum

Esbape. i. calidum pharmacum: et est tapsia secundum veritatem

Ethereogeneum .i. diuersarum naturarum, et omo geneum .i. eiusdem nature
Enti endiuia .i. endiuia
Etercoirarla est dolor capitis dispar: puta quando in altero temporum .s. dextro vel sinistro fortior fuerit
Ether .i. aer
Ethiopis radix et folia sunt phlebotomo similia magna et multa hirsuta ad radicem caulem quadrangulum scabrum similem artio multis concauitatibus semen herbo simile candidum: radices numerosas longas plenas molles glutinosas: gustum siccantes: crescitque et comma possunt videri. pterea in ethiopia nascitur: et in india monte troadis. et in messina colliguntur autumno et siccentur in sole aliquot diebus ne estum sentiat &c. et est bardana. Plinius cap. ethiopis
Etiopis idem
Ethiops idem
Eridum nomen est ponderis
Ethida .i. merulus auis
Ethion .i. personata
Etropus est passio palpebre aut propter cicatricem aut propter crescentem carnem. conuersio .i. inuersatio: nam tropos grece conuersio
Etropis idem
Eunomocotum vinum .i. bene nutribile: ab eu quod est bene et andosis .i. redditio
Euennus .i. eruca
Euecticum .i. summe sanum
Euentus .i. apit et resoluit
Enexia .i. bona habitudo
Euerum .i. ebenum
Euellere .i. trahere
Euero .i. dota
Euelan quid est .l. l. sandanich
Euiscus quid est .l. l. althea
Euistidos .i. hypoquistidos
Euinestidis .i. herba hircina
Euolano .i. aperitio.
Euodestera .i. odorifera
Euonia .i. almea
Eunlsiuua .i. attractiua
Euulgimaria .i. saponaria
Euulsoc .i. ceterac
Exacumetra .i. resilitio ossis: sed acrimata est quodam vicium in capite
Exagoras .i. in tumore positus
Exarchimata sunt dislocationes cōplete
Exacanton secundum Dias. ca. de licio: est arbor de qua fit licium que latine dicitur caprifolium
Exagium est nomen ponderis: et est idem quod aureus: et est sexta pars ʒ. et est ʒ .i. s. secundum quosdam est nona pars ʒ. de qua sit mentio in ʒ. nunc vtimur ʒ. pro octaua parte ʒ.
Exafilo .i. linio
Exantimata Alexander ca. de psidracia et ex antimatibus. exantimata est in summa cute vlceratio vel eleuatio subrubea et aspera similis his pustulis que ex vatica vel sudore nascuntur. hanc Theodorus priscianus scabiem vlcerosam maxime faciei esse dixit. Liber de doctrina greca. aliqui dicunt quod sunt pustule rubee que fiunt in lingua. aliqui dicunt quod est pustula rubea: nam exantie .i. rubedo. et illud vocabulum inuenies in libro bedonig: et in litera cui sed prima expositio ē melior. et ipse pustule nostro ideomate vocatur vergines
Extabadri quid est .l. l. estabari
Exerantica sunt exsiccatiua. Diasco. cap. de aloe et in psalterio vbi nos habemus eruit cor meum greci habent exianthi cardiam
Extenuatorium .i. resolutiuum
Exea .i. fructus sorbi
Exis .i. habitudo consuetudo: inde enexia: de qua supra in .l. enexia
Eximach .i. vt exuberet velamē ad exteriora et apostemetur et impinguetur et inflet sicut futan
Exiture .i. empetigines
Exirimi est quoddam semen granificum quod ignoro
Exocades .i. emoroide
Excorion medicamen .i. excoriatiuum
Exuro .i. mingo
Exupera matricalis .i. herbena
Exugentes .i. manentes
Exturban quid est .l. l. esturban
Ezaze .i. licium
Ezaize idem
Ezarbion .i. olium
Ezaboc .i. satyrion
Ezebe .i. dipsamus
Ezel bersce est planta que dicitur vitis alba
Ezesseassen idem
Ezebes .i. nomen corde instrumenti grauem reddentis sonum
Ezelinge fit de farina in aqua et melle et oleo frixa
Ezeberule idem
Ezeres'cen .i. vitis alba
Ezedari .i. zinziber
Ezie sunt pisces
Eziar .i. trifolium
Ezimarion .i. capsia

Sequitur de F.

Faten .i. mentastrum
Faucen est spēs caphore
Faudengi .i. boiobor
Fautenegū fluuiale .i. mentastrū
Fanderug .i. pulegium
Fauseeman .i. faseolus
Faudebenigi ara. origanū vel pulegiū: quod magis videt' ex nomine: sunt tamen ambo eiusdē generis sicut pater per Serapi. verum faudebenigi aquaticum vel fluuiale vocat mentastrum.

Cap. xxi.

Faufel id est auellana inda: et similatur siue ē simillima nuci muscate: nisi quia pars vna est aliq-

liter acutior. ⁊ alia ē pl'ita ita q possit stare recte sicut calculus: qui in ludo dicitur pedes. in ceter] intus ⁊ extra nuci muscate similis est sine odore ⁊ sine sapore. nascitur inclusa in quadam lanugine fundi folliculo serici. multotiens defertur inter ali as species. maxime cum cinnamomo a casu. ⁊ ego vidi ipsum in suo folliculo. est stipticum valde: ⁊ equiparatur sanda**Sera.** li. aggre. cap. fau lis in frigiditate. fel. Saufel. i. auel lana inda: est eniz arbor saufel sicut arbor neregil ⁊ emittit cannulas in quibus nascitur fausel sicut bacilli. ⁊ ista arbor non ē iterris arabum. Et ide me Isaac benara. Saufel est auellana indica: ⁊ est fructus similis nuci muscate in q̄ntitate ⁊ colore suo. ⁊ sunt in ea ruge. ⁊ in sapore eius est parū ca liditatis cū paucā amaritudine. ⁊ defertur ex sim ⁊ est frigida: ⁊ **Pos. Sera.** Fortifi fortiter stiptica. cat me bra. ⁊ virtus eius est sicut virtus sandali rubei. ⁊ confert apostematibus calidis: que quando non inueniūtur ponitur pro eo ex sandolo rubeo: ⁊ me dietas ponderis ex coriandro recenti. est enim for titer stipticum. ⁊ fortificat mēbra. ⁊ est bonum do loribus dentium: confirmat dentes cōmotos ⁊ gin giuas sua stipticitate. ⁊ reprimit caliditatem ocu li quando fit ex eo cohol aut emplastrum.

Sanına vel fania i. pionia

Sabaria est quedam herba que dicitur faba iuer sa: pro qua. l. l. faba inuersa

Saba fresa i. faba fracta

Saba siliqua est fructus quidam quem nos voca mus baginellam

Saba hortensis i. faba visualis

Saba syriaca i. faba greca

Saba alexandrina fm Jo. Sera. est nomen pon deris ponderis sumenet tres: ⁊ sunt grana. xxxvi.

Cap. 252.

Faba egyptiaca

est legumen nostre fabe simile: sed sed Gal. libro secundo de alimentis cap. de faba egyptiaca. non est lupinus vt putaue runt aliqui: nam facit ibidem aliud capit. de lupi nis. sed apud Auicen. libro secundo de faba egyp tiaca: que ⁊ faba syriaca dicit'. vnde Auicen. vo cat eam fabam syriacā: quoniam de ipsa multū nascit' in syria. sed vera faba syriaca ē faba greca sed faba egyptiaca apud Jo. Sera. est pōdus pō derans sumenet quatuor fm arabes: ⁊ sunt oboli quatuor: ⁊ sunt **Dias.** capitu. de faba egypti grana. 48. aca. fabam egyptiacā multi poleticon appellant. in egypto nascitur ⁊ in asia: ⁊ in sicilia: ⁊ in stagnis nascitur: folia habens altitudinem ⁊ latitudinem habentia: florem ferēs croceum: que si multum floruerit perduntur fo lia. flos est in medio ipsius vbi est rotunditas que dam vbi silique ipse nascuntur. flores ipsi cinoria dicuntur ea ratione qua fferauolos dicuntur: qa hec est illis consuetudo ex argilla faciunt fferas: ⁊ ibi includunt ipsum semen: ⁊ sic ponūt vt nascat'

radix est grossior q̄ canne. cocta ⁊ cruda mandu catur: que ⁊ collocassia appellatur: a quibusdam calcasia quod idem est: ⁊ ideo ad eius inuestigati onem quere in. l. culcassa. semen eius comeditur siccum: ⁊ viride. color niger e ⁊ maior q̄ nr̄a faba **Pos. Auic.** Si fiat ex ea gargarism' cum lacte ⁊ sale contra egritudines spiritualium confert: ⁊ est cib' i egyp to. ⁊ solutiōe educit aquam citrinam: ⁊ proprie se men eius. ⁊ succus ipsius ⁊ prouocat vrinam: ⁊ ge nerat sperma. ⁊ expellit choleram ⁊ aquositatem eius cum facilitate. ⁊ potus ipsius fit ab vna tertia libre vsq̄ ad duas tertias

Saba greca est nomen pōderis apud Auicen. ⁊ Jo. Serap. ⁊ est sumenet duo. i. oboli duo: ⁊ sunt grana. xxiiij: nam obulus ponderat grana. xij.

Saba greca que apud nos vocatur syriaca: ⁊ alio nomine vocatur granum anesce: fructus est cuius dam arboris magne similis iunipero: sed mascu lus: dulcis saporis: intus habens nucleum durum cuius arbor fm Plinium in proprio cap. vocatur lothos a grecis: apud arabes vocatur anesten.

Dias. cap. de agrifolio. vocat ipsum agri folium: vt apparet in. l. agrifolium: in cap. lothos. vocat ipsū lothos. Isidorus: faba sy riaca dicitur arbor magna fructum ferens maio rem pipere comestibilem: gustu suauē: vnde ⁊ mel la vocatur: sed nostro ideomate vocatur cicerafo pro quo. l. l. granum anesten: ⁊ litteram agrifolii.

Saba lupina latine grece marisilium. Marisiliū est planta simillima elleboro nigro: folia tn̄ molli ora eo: ⁊ omnia diuisa. elleborus vero sementa ali qua habet: ⁊ hoc marisilium vocatur. semen eius durum coloris zafrani. aqua decoctionis eius va let' contra rosulas: ⁊ dicitur q interficit mures

Saba inuersa latine: grece mentastrum: ⁊ romani vocant eam fabariam: ⁊ est herba cuius folia sūt sicut folia alkekengi: stipes ei' longitudis cubiti vnius aut duor aut plus: semen eius viride tedes ad nigredinē magnitudinis fabec ōnuis: habēs q̄si effigiem in medio sicut faseolus

Saba visualis quid est. l. l. hakille

Sacalia dicuntur quedam vlcera existentia i cō iunctiua oculi

Sacalesis est bothormarien

Sacaliesus idem Sacaminos idem

Sacera i. dragantum

Saceli zans. i. patiens apostema in substantia cere bri: quia corrumpit omnes virtutes eius: vt Gal. vii. particula aphor: ⁊ scdo de iteroribus: ⁊ pmo de acciditi: ⁊ morbo. Sace Dias. cap. sace frutex ē minor: locis humidis nasces: similis lenticule: fo lia tenera: ⁊ oblonga cū folliculis: semē simile len ticulis: in vno folliculo duo aut tria grana habēs nigra minora lenticula

Sacesenus i. arbor marien

Sacos. i. lēticula Sachos idem

Sacolien i. polium

Sacoes herba. i. agruli: ⁊ sunt senationes

Sacus. i. lēticula: ⁊ facus ē vna ex maculis faciei

Fatullium .i.amomum
Fagora .i.semen canapis
Fagua .i.centaurea minor

cap.253.

Fagasmon Dias.

capit.fagasmon. Fagasmon quã multi apparine dixerunt: est planta quam vocant fanction: et est xifion: et est gladiolus segetalis folia habet iridi similia: sed minora: et angusta: et a capite sicut mathera. et hasta hz asperã et cubitale cũ floribus purpureis. radices sunt illi due puale et rotunde: unam habet super terram positam sicut bulbi minores. Altera est de subtus tenuis: et sup grossior: nascitur locis cultis. superior maior est: et acrioris virtutis

Posse. Dia. Cataplasmati bus adhibita pustulas: et tumores corporis tollit. medicaminibus mixta: et supposita mestrua ĩperat. cũ vino bibita venerẽ stimulat. Itẽ cataplasmati ĩposita cũ vino atque thure sagittas vel stirpes educit. soluit etiaz scrophularũ collectionem. radix vero inferior accepta infantibus interroculicos medetur. de eo invenies similiter s.l.l. lilium

Fagedenica i. ulcera que serpunt comedẽdo. Dia. sco. cap. dragontea. et cap. de alumine. nam grece fagin i. comedere.

Fadenica idem
Fagelis .i.rhaphanus
Fagin .i.comedere

Fagitide sunt vene que sunt in carnositate faciei iuxta extremitates faciei et oris

Fagotide vene sunt iuxta fauces intra os q̃ phlebotomantur uice venarũ que sunt sub lingua

Fagon apud Dias. dicitur saluia que ab eo elilisfagus dicitur cap. de elilisfago

Fagnon idem
Fagus agria .i.lenticula silvatica: et ẽ lentigo aque
Fagus .i.centaurea minor
Faki .i.lentes
Fakies idem
Fakiamos .i.almea
Falangemich .i.ozimum gariofilatum
Falangios sive falangion sive falangitis

Dias. cap. falangios. virgas habet duas aut tres aut plures: et flores albos similes lilio cum multa divisura. semen est illi nigrũ et grossum sicut lenticula. radicem habet tenuem minutam et viridem. postq̃s de terra tractum fuerit alterum colorem facit. nascitur locis cultis.

Pos. Dias. Huius folia et radices et semen et flores cum vino bibita ictus scorpionis mitigat. et morsibus venenatis occurrit.

Falangion idem
Falangia mischi idem
Falangion carfon .i.musca venenosa
Falcalbaileb arabice: latine vero spoliũ serpẽtis

Sera. li.ag.ca. falchalbaibeb. anc. Diasco. Spolium serpentis quando coquitur cum vino et distillatur ex eo in aurẽ cõfert ei multum. et quando colluitur os cum vino illo confert dolori dentiũ. et iam admiscet quidez ipsum medicinis oculorũ ꝓpter id qd fuerit ex masculis. similiter facit dolori dentium si buliat cum aceto et colluatur inde os.

Falfanuen quid est. l.l. falfel

Cap.254.

Falernium vel falernuz vinũ vocatum a falerna regione italie que est prope neapolim.

unde Papias Neapolis oppiduz ꝓpe falernum ubi optima vina nascuntur ꝛc. et tale vinum vocatur similiter albanum. est eniz tale vinum in principio subdulce: et cum veteraverit austerum maxime efficitur. et vue similiter a quibus tale vinũ exprimitur accipiunt denominationem ab illa regione: et vocantur vue falerne: quia de eis est copia in regione falerna.

Dias. capit. quod incipit vinum album. põt illud vinum dici vinũ albanum: et dicit q est fortius falerno: et gustu subdulce. in principio ventrez et stomachum inflans ventrem mollit. digestionibus est inutile. et omnibus nervis contrariũ et maxime capiti: quod cũ inveteraverit austerũ valde efficitur. unde vinum italũ qd falernũ dicitur utilius est: maxime vetus digestibile est: pulsum incitans. ventrem abstinet. et stomachũ est. vesice contrarium. caliginẽ oculis inducit. multum bibitum totum corpus ledere potest.

Cap.255.

Falfel ara.gre. et lati.piper. Sera. libro agg.

cap. falfel anc. Dias. Falfel i. piper: et ẽ arbor nascens in regionibus indie. habet semen quod sui ortu est longum simile faseolo et elongatur in forma sua: et est macropiper. et intra ipsum sunt grana parva similia gergier: que quãdo maturantur fit piper: et hoc quia separatur et fit sicut racemus: in quibus fũt grana parva: et sũt grana piperis. et quando colligitur ꝑfecte maturũ est piper nigrum. sed quando colligitur ante maturationẽ est piper album: nam color eius est albus et non recipit in colore suo nigredinem anteq̃ maturatur. et radix huius arboris est similis costo. eligendum est aũt ex nigro quod est novum in quo non est res similis furfuri grave et plenum. sed album melius est illud quod non est rugosuz. albũ et grave et longum est eligendũ illud quod quãdo frangitur apparet densum: habens grana que sũt intra ipsum invicem iuncta: et acuti saporis: mordicans linguam cũ calefactione. radix arboris huius vocatur falfenuen: et similis costo est. defertur ad nos ex terra indie.

Sal. viii. sim. phar. cap. piperis s3 translationẽ nostram. piper radix costo maxime sm virtutez similatur. fructus vero eius qui quodãmodo germinat est piper lõgum: unde et humiditas existit maturo. signum aũt est humiditatis eius: q faciliter cum imponitur perforatur: et qd non confestim mordet sed paula

tim incipit permanet vero multum. qui vero q̃si prematurus fructus albū piper est acrius existēs nigro: id enim q̃uis super assutum est. veruꝫ aūt sufficienter calefa- **Hal.** codez li. 2 cap. 8 z trāſ ciunt z siccant. lationē arabicā. Sapor piperis est acutus. z illud qđ non maturū est piper albū est. z ipsum est acutius nigro: z magis pungens linguā. z hoc est quia nigrū ꝓpterea qꝛ maturatur accidit ꝙ non recipiat adustionē: z desiccationem fortem: quia minuitur acuitas illa que quidem remanet in albo. iste tñ due species sunt desiccatiue z calefactiue fortiter. z fructus quidez eius quando incipit esse est piper longum. z ꝓpt hoc accidit ꝙ piper longum est humidius alio pipere. z signum super hoc est ꝙ quando elongat tempus super ipsum corroditur z ꝑforat: etiam quādo teritur non inuenit tritor in principio sue contritionis punctionē multā. z qñ incipit mordicare non apparet mordicatio eius multa anteq̃ gustetur. deinde remanet mordicatio eius tempore non paruo. sed piper albū est melius stomacho alijs duobus speciebus. **Dias.** cap. de pipere scđm trāſlationē nostrā. piper arbor est in india nascens in latere mōtis caucasi qđ soli obuersum est: folia habens in similitudinem iuniperi: cuius siluas serpentes custodiunt: sed incole regionis eius cū maturū fuerit incendunt: z serpentes fugantur igne: z ex flāma piper rugosū efficitur. Piperis aūt diuersus est fructus. naꝫ quidam nascitur fructus oblongus z obrotund⁹ apparet. z cum fracti fuerit inueniuntur infra illud grana in sinapis modum: est aūt humide nature qđ aūt pmaturū non fit: z album colligitur piper albū dicitur. nascitur etiā aliud in modum botri: z piper albū nominatur: quod nō coctū: sed crudū colligitur. z illud maxime sui fortitudine in collyriacas virtutes intrat. z tyriacis antidotis miscet maturatū vero nigrū factum piper nigrum dicimus. eligimus aūt piper longū: quod cū frangit strictissime granula sua coniuncta habet z coherētia veluti medulla gustu viscida mordens z calefaciens album dictū qđ sine rugis fit calidissimū z graue. nigrum vero piper viscidius ē albo. Eligēdum est aūt piper integrū z graue: plenum: z non marcidum. piper valet ad educendū lumbricū latum qui vocatur solea administratū: vt apparet ī littera humā. **Posse. Sera.** Radix piperꝭ confert colice z doloribus frigidis. est ca. z sic. est bona colice z ventositatibus: z aliis doloribus frigidis. z est similis costo fm virtutem. z piper nigruꝫ acuti⁹ est albo. z album est debilius eo. z virtus piperis est calefactiua: attractiua cibi: z ꝓuocatiua vrine: resolutiua: z abstersiua obscuritatis visus. z quando sumitur in potu aut fit inunctio cūz eo: aut miscetur in aliquo vnguento confert rigoribus febriuꝫ periodicarum. z cōfert morsibus venenosis. z expellit fetum: z potissime si ī potu sumatur: vel assidue comedatur. z quando fit nascale cū eo post coitū prohibet impregnationem. z hoc similiter facit assidue comestum: nam iter prestat genitale. z administratur in loboc z sirupis qui sunt conuenientes tussi: z doloribus pectoris. z fit linitio cūz eo z incl le z confert squinantie. z quando sumitur in potu maxime cum granis lauri: aut solus eius confert tortionibus ventris. z quando masticatur cū stafisagria z cum passulis facit descendere phlegma ex capite: z ipsum sedat dolorem. z confortat virtutem digestiuam. z ingreditur in confectionib⁹ specierum quibus vtuntur sani in condimentis ciborum ad prouocandum appetitū. z quando miscet cum pice resoluit scrofulas. z quando miscet cuꝫ nitro abstergit morpheam. z non est radix piperꝭ zinziber sicut putauerunt quidam: imo radix eius est similis costo: que quidem calefacit z mordicat linguam. z attrahit humiditatem ad os quando miscetur cum aceto. z linimentum cū eo resoluit apostemata splenis. z si sumitur facit idem. z quādo masticatur cum stafisagria attrahit phlegma z est multoꝝ iuuamentorum. Et idē auct. mesuai. Proprietas piperis est ꝙ prohibet impregnationem: z maxime quando sumit post coitum. z prohibet tortiones z ventositates que fiunt in stomacho z intestinis. z exsiccat phlegma viscosum qđ aggregat in pectore z pulmone z intestinis. z digerit cibum. z nocet febricitantibus. z siquis vtit multum pipere prouocat vrinaꝫ. z si vtatur eo parum prouocat ventrem. scamonea est contraria ē hoc: z facit hominem macrefieri. z desiccat sperma. z in pipere albo cum acuitate sua est humiditas que auget in spermate. z mundificat epar: z ventrem: z pulmonē: z stomachum. z confert morsibus venenosis. z calefacit neruos: z musculos: z plus omni alia re. Paulus cap. de pipere. piper ē cal. in. 4.° gra. z sic. in. 2.° Ubi sciendum ne aliqui erroris materia repleatur: ꝓpterea quia in presenti littera Sera. z Dias. videntur cum Hal. nō modicum discrepare dicentes ꝙ piper nigrum acutius est albo. Hal. vero dit ꝙ piper albū acutius est nigro. z ꝓpterea sicut ex verbis Dias. bene intuētibus est auide manifestum: piper album est duplicis generis. Est quoddam piper album quod fit quando grana minuta que fuerunt in pipere longo incipiunt ingrossari: z vnum ab altero incipit separari: sed non factus est botrus vel racemus. z aliud piper album quod fit cuꝫ illa grana que fuerunt in predicto pipere albo fm debitam q̃ntitatē fuerint aucta z intra se totaliter separata: sicut q̃ sunt posita in quodam botro vel racemo: z sunt ꝓpinqua maturitati. primū vero piper albuꝫ quoniam sapit adhuc nām piperis longi: qꝛ ei vicinatur: participat adhuc de eius humiditate: cui⁹ gratia non est multū acutum. piper aliud album: de quo diximus: quod est in medio inter maturitatē z principium generationis est satis acutum: quā cum remoueatur z elongetur a pipere longo nō participat humiditatem eius: z est acutius seipso cum venit ad maturitatē: ꝓpter quā amittit de ei⁹ acuitate. hoc idem videmus in fructibus acetosis que sunt in medio tpe acetosiores. hoc etiaꝫ in se-

minibus est videndū.s.feniculis synapibus ꝛ cetera.q sunt acutiores ꝛ calidiores qui sūt in medio tempore q̄ qui sunt in extremo.sic ergo ad ꝓpositum:piper nigrū acutius est albo.s.albo quod ē in principio generationis:quia non habet multaꝫ acuitateꝫ ꝓpter humiditatē quā participat.vt dictū est.ꝛ hunc respectum habuit Sera.ꝛ Dias.Et piper album acutius est nigro.piper album intelligeꝫ quod est in medio tempore:quoniaꝫ cū nigrescit ꝛ maturatur amittit de eius acuitate.ꝛ ista fuit intentio Gal.cum dixit q piper album acuti⁹ est nigro.Sciendum insuper q in maiori q̄titate inuenitur de pipere albo:nisi qꝫ inficit ꝓpt' ignē sed illud quod non contaminatur ab igne remanet albū ꝛ non rugosum:quod non potest esse nisi modice q̄titatis:qꝫ modicū ē illud quod ab igne īpressionem non recipit.

Flagelline	.i.ozimum
Faliel	.i.rhapharus
Falielis	idem quod supra
Falcios	.i.flos sambuci
Folosios	.i.melissa
Falocos	idē est quod supra

Falcon grece falco auis rapax a falcatis ꝛ curuis vnguibus dicta

Famacbest	.i.agnus castus
Famachost	idem quod supra
Famacolos	.i.fabocola

Cap.256.

Amecbi sera.grece fumecbi vel femic:vel lapis de barchin:latine vō dicitur pumex.

Sera. libro aggre.cap.fumecbi.i.pumex:ꝛ ē lapis ō barchin.i.lipari:oportet q eligatur ex eo multū foraminosus:durus:ꝛ frangibilis:leuis:albus:in quo non sunt lapides.ꝛ modus cōbustionis eius est q accipiatur ex eo q̄titas ꝛ pōatur in prunis:ꝛ quando fuerit ignit⁹ extrahatur ꝛ extinguatur in vino odorifero:ꝛ hoc fiat tertia vice quando extrahitur ab igne non extinguatur ī aliquo:sed dimittatur infrigidari per se postea teratur ꝛ reponatur. Dias. capit.pumex.eligend⁹ est leuis:fragilis:alb⁹ ꝛ sine lapide.cōburitur vō sic mitte illum in carbonibus viuis q̄diu ignescat:ꝛ postea extrahens vino odorato extingue.secundo id fac simili modo.tertio calefactum extrahe ab igne tere ꝛ repone.virtus est ei stiptica:termantica:ꝛ purgatoria.

Posse. Dias. pumex oculoꝝ cicatrices lipidat ꝛ vulnera replet ꝛ consolidat:ꝛ aufert carnem supfluā oculorum.ꝛ quando teritur ꝛ fricantur inde dentes ꝛ abstergit eos.ꝛ administratur ad abscedēdos pilos.Theophrastus ī ꝓprio cap.si miscetur anni doris dentifrigus ꝛ fumigmanibus abradit aspedinem:ꝛ leuigat ꝛ constringit:ꝛ coercet. Sera. Pumex habet virtutem stipticam:stringit enim gingiuaꝫ:ꝛ abstergit oculū ꝛ aufert maculam que est in eo.ꝛ replet vlcera:ꝛ consolidat ea.ꝛ aufert carnem superfluam que in eis est. ꝛ quando teritur ꝛ fricantur dentes abstergit eos ꝛ si mittatur in vas vini non permittit ipsum amplius bulire.Et idem auc.Gal.ingreditur in medicinis que abstergūt dentes quando non ē adustum:sed quando aduritur fit subtilior:nam acquirit ab igne reꝫ adustam calidam que aufertur ꝛ separatur ab ea qñ lauatur:ꝛ clarificat dentes ꝛ abstergit eos:ꝛ hoc facit ꝓpter sui asperitatem ꝛ facit fortasse hoc ꝓpter eius virtuteꝫ abstersiuā ꝛ ꝓpter hanc causam cornua quando aduruntur abstergunt dentes.

Famila pupille	.i.fūmitas
Familos	.i.vsnee
Familios	idem quod supra
Fanax	.i.panax
Fanasi	idem quod supra
Facusibaon	.i.cicer imperatoris
Fanocb	.i.pumex
Fanchea	.i.fungus
Fanseolos	.i.vmbilicus veneris
Faugekest	.i.agnus castus
Famanchest	.i.piper cumucbosū
Famichest	idem quod supra
Fenilion	.i.psilium
Faras	.i.equus

Cap.257.

Arasion sera.vel marmacuꝫ:grece philosloses:latine vō prassiū. Sera. libro aggre.cap.farasion. Farasiō.i.prassium est herba habens ramulos multos egredientes ab vna radice:ꝛ super ipsos est bozza parum cuius color est albus.ꝛ virge eius sunt quadrate.ꝛ folia eius sunt in longitudine policis:obrotūda:rugosa:seu aspera:super que est bozza.ꝛ semē ꝛ flores eius sunt diuisa per ramos eius.ꝛ semen eius rotundum ad asperitatē tendens.nascitur in campis ꝛ in edificijs domoꝝ. Dias. ca.de marrubio. Marrubium vel prassium frutex est ex vna radice multas virgas habens albas ꝛ aspas ꝛ quadras.ꝛ folia similia digito maiori ꝛ obrotunda:aspa:alba ꝛ rugosa:ꝛ gustu amara.semen est illi obrotundum:ꝛ verticulosum:ꝛ asperum.nascitur in locis multis. Gal. viij.sim.phar capit.de prassio sm trāslationē arabicam.sapor eius est amarus.ꝛ virtus eius calida ꝛ sicca in secundo gradu:vnde abstergit ꝛ resoluit

Auic. ij.ij.cap.de prassio.Prassium est herbe amari saporis.inquit Oribasius non sunt calefactio eius ꝛ exsiccatio ipsius fortes alq aūt dixerunt q est ca.in tertio gradu:sic.in secundo.est aperitiuum:abstergit ꝛ liquefacit ꝛ resoluit ꝛ incidit. Posse. Sera. inquit apit opilationes iple nis ꝛ epatis.ꝛ mūdificat pulmonē ꝛ pectus p screatum.ꝛ prouocat menstrua quando bibit.ꝛ qñ ponitur exterius abstergit ꝛ resoluit.succus auteꝫ foliorum eius postq̄ȝ est desiccatus in sole resoluitur cū melle ꝛ administratur ad visum acuendūꝫ ꝛ fit cum eo sternutatoriū ictericis ad mūdificādū

infectionem coloris. ꝛ administratur cū medicinis ad dolorem auris antiquum: ꝛ potissime cū medicinis aperientibus instrumenta auditus. ꝛ dat' succus eius illis in potu qui sumpserunt medicinas mortiferas: verū nocet renib' ꝛ vesice ꝛ emplastrum cum folijs eius ꝛ melle mūdificat vlcera sordida ꝛ emollit panaricii ꝛ carne putridā. ꝛ sedat dolorem lateris. ꝛ sit emplastrū cum marubio ꝛ sale: ꝛ confert morsui canis rabidi. **Dias.** folia eius sicca vel succus foliorum eius: vel semen eius elixum ꝛ bibitum cum melle pulsicis ꝛ tussientibus ꝛ asmaticis prodest. thoracem purgat maxime iris illyrice mixta purgādis valiter mulieribus adhibetur. secundinas excludit. diu parientibus subuenit. vesice ꝛ renibus contrariū est. mel le addito vulnera purgat ꝛ illa detergit. presentia vulnera cōpescat. dolorem lateris tollit. succus sic cus melle ꝛ vino addito caligines oculorum detergit. ictericis naribus immissus fert auxilia. cū oleo ros. succus eius auriū dolorem mitigat. **Auic.** Succus eius cōfert dolori auris antiquo: ꝛ mundificat ꝛ aperit meatus auditus: ꝛ remouet antiquum dolorē eius. succus eius cum melle est conueniens ad acuendū visum. mundificat pectus ꝛ pulmonē per educationē sputi. est aperiens opilationum in epate ꝛ splene ꝛ renibus prouocat menstrua. ꝛ mundificat matricem. fit ex eo emplastrum cum sale ad morsū canis rabiosi.

Farcha.i.culcita que ponitur in lecto

Farchali.i.cyminum album: ꝛ est fiseleos

Farcal idem quod supra

Farfag i.portulaca

Farfagi idem quod supra

Farfadin idem quod supra

Farfala i.vngula caballina

Farmacum interpretatur immutās: inde farmacia quelibet medicina multū immutans quocunque modo immutationis: sed nos appropriamus tale vocabulum medicinis laxatiuis

Farmacon idem quod supra

Farmacodis i.calida medicamina

Fares i.diuisio

Faresi idem quod supra

Farelabeon i.hypoquistidos

Faringes i.fauces

Farinx.i.gurgulio: vel faris: vel falris: idem quod supra: inde venit varigides.i.vene que sunt in faucibus ꝛ sub lingua

Farigerasi i.arbor licii

Farigeras idem quod supra

Farina dicta ē a farre ex eo q ex ipso primo facta fuit: pro quo.l.l.benda,

Faricos i.febris causon

Farisiricon i.prassium

Farugium i.vngula caballina

Farfugium idem quod supra

Farfium i.vlcera oris

Fargarium i.cicer impatorio

Farfurungi i.sparagus

Far est genus mollificationis de quolibet grano panico si rotundetur ꝛ excorietur. sed far quādo simpliciter ponitur de farre spelte intelligitur. ꝛ similiter aliquando dicitur q est mus

Fasa i.diptamnus

Fassale est species trifolij: ꝛ vocatur sulla

Fastasa idē quod supra Fastagnion.i.fagasmō

Fassane.i. grana impinguatiua ꝛ semen cuiuslibet speciei trifolij

Fascanon idem quod supra

Faseolus quid est.l.l.lubia

Fasel i.piper

Fasegallicus i.salinnca

Fasce i.agrimonia

Fasianus i.fasianus auis

Fasili i.faseoli

Fassis gallicus.i.spica celtica in antidotario virili in mitridato minori: ꝛ ī oleo nardino ꝛ alijs pluribus antidotis sic vocatur: eo q a gallia in fassis defertur: pro quo.l.l.spica celtica

Fassion i.pabulina

Fasolaria herba est similis herbe faseolorum: sed folia sunt vtcūque minora ꝛ alba vt elilissaque. constringit sanguinem sm Plinium. ꝛ succus eius desputatus ꝛ bibitus stringit emoroidas: ꝛ superponitur cum bombice similiter

Fasuricon i.syricon

Fasusa i.sulla

Fasubleon i.cymbalaria

Fatar i.fungus

Fatranoin i.vnce

Faranois idem quod supra

Fauozola vermis: quid est.l.l.gandi

Fauacia i.faba inuersa

Fauncion idem quod supra

Fauech i.pumex

Fauechi idem quod supra

Faueblion i.herba ilinana

Fazija i.epithimum

Fazileos i.cantarides

Fasisac i.cetarac

Cap.258.

Fead arabice. latine terpigo: ꝛ est piscis stupefactiuus.

Fera. li. aggre. capi. fead aucto. Hali. hoc animal est marinum: ꝛ est illud quod inducit stuporem. qū tāgitur cum eo caput habentis sodam remouet dolorem stomachi suo tactu. ꝛ ego expert' sum in his duobus ꝛ non repperi iuuamentum: ꝛ estimaui q oportebat me tangere caput habētis sodā cū pisce ipso viuente: ꝛ sic conferre sicut faciunt alie medicine narcotice: ꝛ feci sicut cogitaui ꝛ inueni conferre. Et idem auc. Dias. quando superponitur habēti sodam antiquam, confert. ꝛ quando fit suppositorium cū eo stringit anum egredientem extra.

Hal. iiij. de accidente ꝛ morbo cap. viij. dicit q inducit stuporē infrigidādo spiritū

Feiselem i.dans digestionē

Felneragi i.licium

Feigel i.piganum

Sebison i.spargula
Sebrissagia.i.centaurea maior & minor
Sebelzeragi i.arbor licij
Seburem.i.gariofilata: & est herba sic vocata
Seburegi idẽ qd̃ ŝ Secabron.i.muscata maior
Secabackim.i.squinãtũ Secabrion idẽ qd̃ ŝ
Secetola est quedã auis parua satis sapida quã nominat Dias.in.i.caura

Seda.i.fex vini vl' aceti que cocta reponit'. Paul' cap. de asmate fedis: que est fex vini cõbusta
Sese i.agrimonia
Seferon.i.matrissiluia Selene.i.quete
Seferion idem quod supra
Sefudegi.i.confectio de melle sicut penidie: & in lingua nostra vocatur silami
Sefulac.i.alaca maris Segere.i.ruta
Segeron.i.vnee Segemastron.i.epatica
Segestron idẽ qd̃ supra Segos.i.fagus arbor
Segolofon.i.arbor licij Segolosion idẽ qd̃ ŝ
Setridem est quidam sapor sic vocatus
Sekibron.i.almea Sekasun.i.polium
Sekuson.i.hypericon Selabran.i.os mũdi
Selasaf.i.agnus castus Selda.i.argentum
Selengemicb est genus quoddam basiliconis
Selenreng.i.genestra Cap.259.

Eleg. Sera. li.aggre.capi. feleg: Seleg as similatur grano sinapis. & ingredit' in vnguentis odoriferis.est ca. & sic.in secundo gradu. **Posse. Sera.** resoluit & aperit opilationes. Et idem aucto. Hasca aperit opilationes capitis fortificat cerebrum. & est in figura sua sicut granũ sinapis sed maius. & habet ligna parua sicut nocb & melius ex eo est maius: & fortioris odoris: & grauius. & deterius est leue nigrum

Selemechi i.calamẽtũ fluuiale
Selema idem quod supra
Selemenicbl.i.ozimũ gariofilatum
Selfelum.i.piper Selleaum.i.alarus
Selleaum i.allaum
Selleza.i.herba paralysis Selmea.i.pionia
Selememiki.i.ozimum gariofilatum
Selifelciti.i.agnus castus Selicon.i.folium
Selifelan.i.agn' castus Selix vini.i.fex antiq vini
Seligearagi.i.arbor licij Selicula.i. polipodiũ
Selichinũ sm̃ qsdã ẽ portulaca habes lac: & ẽ portulaca agrestis: sʒ falso: sʒ qd est.i.i.felichinum
Selcbargi vl' melius selcbabaragi: & est arbustũ vnde fit licium: & latine vocat' caprifolium: grece aũt licion.i.i.hadhad
Selucarangi idẽ qd̃ ŝ Cap.260.

Elcb vel fedhe ara.gre. fida: lati.argenti. **Ser.** libro aggregationum Selcb argentũ infrigidat & desiccat. scoria est stercus argenti. & est bona scabiei & pruritui. & est bona vlceribus: & ppter hoc ingreditur in vnguentis que conglutinant vlcera: & consolidant ea: vnde ipsa scoria est de **Auic.** li. de viribus cordis ait q' argentum cõfortat cor. siccatiua.

Cap.261.

Emezeg ara. latine stannũ **Ser.** li.aggre.ca. femezeg. femezeg.i.stannũ & est fri. & sic. defertur ex sitalare siue vsabar. effoditur ex mineris terre. & inuenitur in frusta. ingreditur in operationibus alchimie & in medicinis oculorũ. & quando teritur & bibitur confert puncture scorpionis

Seminice.i.palma Semilon.i.daucus
Semilion idem qd̃ supra Semulon.i. atriplex
Semusac.i.vnee Semur.i.epar
Senarium.i.polium Sengarion.i.onax
Sengalion idem qd̃ supra Sengafos.i.fungus
Cap.262.

Eneflig vl' fenefigi ar.agre. lencio: latine viola. Sciendum q' tria sunt genera violarũ: vt Dias. dicit cap. lencio. sed tñ Ser. li.ag. cap. feneflig. non loquitur nisi de vno.i. viola purpurea: qm̃ vsus eius conuenit magis medicinis: sʒ alia duo genera sunt species chieri: sicut apparet in littera **Sera.** li.ag. cap. feneflig. Seneflig.i. viola: & herba cuius folia sũt minora foliis cassus & nigriora: & non elongantur multum ab eis in figura sua. & habet stipitem egredientem ab vna radice. & est super eum pilos & in summitatibus eius est flos boni odoris: colori purpurei. nascitur in locis vmbrosis & asperis. **Gal.** vi.sim.pher. cap. de viola sm̃ translationem nostram. foliorũ huius herbe sb stantia ẽ subfrigida & aquosa. vsus eorũ infrigidat pa **Dias.** Lencio.i. viola: omnibus est nota rũ. est enim in floribus habens distantiam: quia melliuũ albũ & purpureũ florẽ ostẽdit. **Jo. mes.** cap. de violis. viole sunt medicina tẽperata conueniens: & fit per eas male qualitatis permutatio: & nature solutio melior est quecunq; ex primis: qm̃ non inuenit eã calor resoluens virtutem: aut plurima dissipans. frigi.ẽ hu. in primo gradu. & que sicca est minus est hu. & minus fri. est enim in recente humiditas superflua supergrediens caliditatem eius a qua est perfectio & species. Cum aũt exsiccatur & resoluit' humidum superficiale ipsius manifestatur amaritudo eius que est ppter caliditatem que fuerat sepulta: & est tunc calida plus & minus hu. est enim in recente hu. supflua: ppter quod que recens ẽ solutione per ventre educit lambificando. que vero sicca est educit dissoluendo. & ipsa quidẽ est infrigidatiua: narcotica: sedatiua dolorũ calidorũ: & extinctiua inflãmationũ: & lenitiua: & solutiua. est ex debiliter soluẽtibus: & figuratur cũ aliis laxatiuis & ppt' hoc quidã addunt q̃ntitati eorũ medietatẽ ex turbit: & faciunt trociscos: & vigorant cum hoc operationẽ eorũ. & quidam addunt scamoneam. & ipsa quidem & oleũ earum ingreditur in emendationem medicinarũ acutarũ. succus aũt ipsarũ & syrupus ex eis soluit leniendo. & viole sicce educunt dissoluendo. & ipse quidẽ condiuntur cũ zu

caro ꝛ melle:ſed cū melle ſunt maioris abſterſiōis ꝛ minoris alterationis:ꝛ cū zucaro ↄtrariū faciūt ꝛ ſciēdū ꝙ non ſuſtinent de decoctione aliqͣ ꝗ ſit ſuꝑfluitas:ꝛ ſuccus eaꝝ ſilr̄.ꝛ corroborant acetum cum infuſione earū:ꝛ ſit mirabile febribus multe inflāmationis.ꝛ eſt meliꝰ oleū eaꝝ.fundamentum cuiꝰ eſt oleū onfancinū aut amigdalinū.

Poſſe.Gal. Ipſa herba tamꝑ ſe ꝗ̄ cū alfitis ſuppoſita remediū calidis preſtat phlegmonibꝰ:ſuppoſita aūt in orificio ventris inciſione patientis vel in oculis.

Sera. Virtus eiꝰ eſt que lenificat ꝛ ſedat apoſtemata ca.qn̄ ponit̃ ſuꝑ ea ſola:aut cum farina ordei.ꝛ confert inflamationi que fuerit in ore ſtomachi ꝛ in oculo.ſed flos eius cū hoc ꝙ ſedat inflāmationē oris ſtomachi.habet ꝓprietatē rel.xandi cholerā.ꝛ fit emplaſtrū cum folijs huius herbe:aut cū ſuniceb:ꝛ infrigidat:ꝛ confert apoſtematibus calidis oculoꝝ:ꝛ exitus ani.ꝛ dicit̃ ꝙ flos eius a ꝓꝓͤtate que eſt in eo qn̄ bibit̃ cū aqua ↄfert ſquinantie:ꝛ epilepſie que accidit pueris:ꝛ ē illa que vulgariter dicit̃ mater puerorū.Et idē aīc.Aben meſuai: de ꝓꝓͤtate eiꝰ laxat cholerum a ſtomacho:ꝛ inteſtinis:ꝛ confert inflāmationi que eſt in eis:ꝛ ſodē:ꝛ ſquinantie que accidit infantibus quando ſumit̃ cū aqua ca.ꝛ quādo aliquis vult de ea exhibere in potu ad laxādū ventre exhibeat ab ℥.iiii.vſqꝫ ad.vij.

Diaſ. flos purpureus ſedat inflāmatioēs oris ſtomachi:ꝛ oculoꝝ.ꝛ aqua huius floris ↄfert ſquinantie.laxat cholerā a ſtomacho:ꝛ inteſtinis ꝛ ↄfert inflammationi que eſt in eis.folia eius ſūt ſicut folia caſſius:ſed minora ꝛ rotundiora:ꝫ mellinus color medicine neceſſariꝰ eſt:qui ſuccꝰ eius ꝛ fomento adhibitus tumores ſtericos curat menſtruis impat.cerotis mixtus ragadias ani ad ſanitatē ꝑducit.melli adhibens puſtulas ꝛ inflammationes tollit.ſemē eiꝰ cū vino bibitū.℥.ij.aut ſuppoſitum menſtruis ip̄at.aborſū facit.radices eiꝰ cataplaſmatibus adhibite cū aceto ſplenem ſiccāt podagricis medicant̃.Sed viola alba ꝑectorie ē virtutis:ꝛ extenuatorie:ſed flos plus.decoctio autē herbe menſtrua ꝓuocat:ſi poſt partū nō ſequat̃ fetū mortuū extrahit:ꝛ vinū corrūpit:ꝛ educit.matricis inflāmationē ſanat fomento:ſi tam fortis eſt mulier:ſi non in peſſario poſita omnia ſilr̄ facit.

Jo.meſ. Solutione educit cholerā ꝛ alterat eius exceſſum.ꝛ viole ↄferūt inflāmationibus oībus.ꝛ ſedant ſodā factā a calore vehementi.ꝛ ſunt ſomnifere.ꝛ faciunt corizā.ꝛ leniunt pectus:ꝛ guttur.ꝛ conferunt vuee:ꝛ ſquinantie.ꝛ iuuamentū eoꝝ magnū eſt apoſtematibꝰ pectoris:ꝛ pleureſi.ꝛ ſedant ſitiz.ꝛ ↄferūt ſicce opilationi epatis:ꝛ apoſtemati eiꝰ:ꝛ calide ictericie.ꝛ ſunt iuuamenti magni in febribꝰ inflāmatiuis:ꝛ ſiti per eas.doſis potio eaꝝ ē ab.℥.iij.vſqꝫ viij.ꝛ ſucci eaꝝ ab.℥.i.vſqꝫ ad.ij.ꝛ ſyrupi eaꝝ ab.℥.iij.vſqꝫ ad.iiij.ꝛ conditi eaꝝ ab.℥.i.vſqꝫ ad.ij.

Fenden .i.cor

Femon .i.dactilus vel palma

Fenicha gr ece:latine dactili:vnde greci palmas fenice dicunt eo ꝙ diu duret ex nomine auis illiꝰ fenicis: que multis annis viuere ꝑhibet ꝫc.ſed ī li. de doctrina greca ſcribitur fenichion dactilus:in de feniceus color.i.color dactili.ꝛ ab hoc vocatur diafinicon:ꝛ diafichion:ꝛ oxifenicea.vbi ſciendū ꝙ color dactili eſt color tendens ad rubeū:vt apparet in.l.anagallus.nam dicit Diaſ.ꝙ ipſius ſūt due ſpecies:vna habet colorē celeſtē:ꝛ alia habet colorē dactili.

Sera. vō di-it ꝙ vna eius ſpēs habet celeſtem:ꝛ alia habet colorem rubeū:ſic ꝙ vbi dicit Diaſ.colorē dactili:Sera.dicit colorē rubeū:ꝛ hoc ſilr̄ apparet in littera barſiarbai. Cap.263.

Feniculus

Feniculus lati.gre.marathrō ara.bazienis:vel baicnegi:vel bakaſinech. **Sera.** li.aggre.ca.bazienis auctori.**Gal.** Bazienis.i.feniculus:eſt ex eo domeſticus ꝛ agreſtis.Domeſticus oībus eſt notus.cuius virtus eſt ꝑma que calefacit in tertio gradu ꝛ deſiccat in.i.ſcdā ſubtiliat.tertia generat lac.ꝛ agreſtis dicitur maritimus vel montanꝰ.radix eiꝰ ꝛ ſemē ſunt fortiora deſiccatiōis ꝗ̄ radix ꝛ ſemen domeſtici:qm̄ in domeſtico eſt paruum ſtipticitatis.

Gal. vij.ſim.ꝑhar.cap.de marathro.Marathrū.i.feniculus:calefacit quidē fortiter:vt ex tertio iam poſſit gradu exiſtere:ſiccat aūt non ſimiliter ſꝫ ſm̄ primū:ꝛ ꝓpterea lactis generatiuū eſt:ꝛ non generaret ſi ſiccaret fortiter.ſuſſoſis aūt auxiliat̃ ſm̄ eandē rationem.Eſt vero ꝛ alius feniculus ſilueſtris quē vocāt ꝓpter magnitudinē equinū feniculū:cuiꝰ radix ꝛ ſemē ſiccioris eſt virtutis alio qui apud nos eſt.ꝛ mihi videt̃ etiā de ꝙ ea que ſm̄ ventre ſiſtat ꝫc.Et idem.vi.ſim.ꝑhar.ca.hypomarathrū vocat feniculū iſtū ſilueſtrē hypomarathrū:vel feniculū erraticū:vel caballinū:ſiue equinū.

Diaſ. ſm̄ tranſlationē noſtrā:feniculus calefacit manifeſte ꝛ deſiccat mediocriter.

Poſſe.Gal. Feniculus generat lac in mamillis.ſuſſoſiones curat.ꝛ eſt diureticus:ꝛ menſtruoꝝ eductiuus.ꝛ feniculus ſilueſtris ſiſtit eū ꝗ ſm̄ ventrē:etenī adeſt ſtipticitas maxima ei.huiuſmodi igitur nō ſolū radix:ſed multo magis ſemē caſtris ſimiliter exiſtit.ꝛ poteſt etiā lapides frāgē ꝛ ictericos ſanare:mēſtrua ꝓuocare ꝛ vrinas mouere.alius vō equinus feniculus eſt cuiꝰ ſeme rotundū eſt ſemini coriandri ſilr̄:ſilr̄ vō in virtute ſemini alterius equi feniculi:debiliꝰ tn̄.

Auic. li.ij.cap.de fenicło Feniculꝰ hortulanꝰ ca.eſt in.ij.aperit opilationes.acuit viſū:ꝛ ꝓpē gūma eiꝰ.ꝛ ↄfert in initio aque:ꝛ apud eiꝰ deſcenſum Et Democritꝰ qdē eſtimauit ꝙ venenoſi vermes paſcūt feniculi recentis ſemē:vt coꝝ viſus ↄfortet ꝛ vipere ꝛ ſerpentes fricant oculos ſuos cū egrediūt̃ de cauernis ſuiſ poſt hyeme ſuꝑ ipſū vt illuminentur oculi.qđ humidū ē lac exuberare facit ꝛ ꝓpē hortulanū.ꝛ qn̄ bibit̃ cū aqua fri.ↄfert non fee:ꝛ inflāmationi ſtomachi.ꝛ eiꝰ digeſtio ē tarda

⁊ eius nutrimentum ē malū. prouocat vrinaꝫ ⁊ menstrua. ⁊ silvestri ꝓpe frangit lapidē in reno qdē ⁊ fluviali est iuuamentū ad renes ⁊ vesicā: ⁊ ꝓpie confert silvestri distillationi vrine. ⁊ mūdificat fetus. ⁊ qñ comeditur radix cū semine suo stringit ⁊ cōfert febribus antiqs. ⁊ datur in potu cū aqua fri. ⁊ confert nausee: ⁊ febribus: ⁊ inflāmationi stomachi ex ca. confert ei⁹ decoctio cū vino morsui vermiū venenosoꝝ ⁊ cū aqua ⁊ terit ei⁹ radix ⁊ ponitur sup morsū canis rabiosi ⁊ confert.

Dias. feniculus lac mamillis generat. comestus vrinā ⁊ menstrua educit. ⁊ cataplasmatibus adhibitus cū ptisana comestus id facit. elixatura eius bibita nefreticis ⁊ vesice dolori medet᷑. vrinā ꝓuocat. morsibus venenatis cum vino occurrit. menstruis impat. egris nauseā tollit cū aq̄ bibit᷑ feruorē stomachi extinguit. radix ei⁹ cū melle cocta morsus caninos ad sanitatē pducit succ⁹ folioꝝ ⁊ virgaꝝ ei⁹ i sole siccat⁹ ꝯfectoīb⁹ oculoꝝ miscet᷑: ⁊ caligines ocloꝝ detergit. semē ei⁹ viride expressū succū dimittit vt supra vtile. In hybernia succū ei⁹ ꝓ lachrymo veddā. iste .n. lachrym⁹ .i. succus oībus causis oculoꝝ opitulat᷑. radicis vo succus idone⁹ est ad multa. maxie tñ ad vicia oculoꝝ facit. leniter eni calefacit ⁊ mollit calidam viꝫ feniculi non tñ simplicē. sed q ei etiā austeritas mixta sit gustus ostendit. ⁊ multa pterea p quā vel soluendi vel extenuandi etiā siccandi exprimit potestatē. traditū est in libris serpētes annuā senectutem feniculi degustatione deponere. ⁊ oculoꝝ caligines succū ei⁹ excludere. vnde intellixi datū est eisdē virtutibus ⁊ corpibus humanis vtiles effici cui postea expimēta docuerit. succus ḡ cuꝫ melle actico mixtus vetustissimā caliginē discutit. auribus purulentis idē succus infundit᷑ ⁊ vermiculos q in eisdē nascunt᷑ interf cit. radix i ptisana cocta lenat renum densitatē. hydropicis potata ex vino succurrit. veretro laborantib⁹ ex vino cocto fomētū vtile subministrat. ipsa cū oleo trita eidem cause medet᷑. tumores ⁊ que cita ⁊ repentina indignatione ꝯmota sūt: folia ei⁹ aceto trita dissoluūt. aduersus ictus scorpionū ⁊ serpētū optimū semē ex mero sūptū. filū mō tēperatū venerē stimulat. vrinaꝫ eijcit. pulmonis ⁊ iecoris iniurias abijcit. abūdātiam lactis puerperis pstat. stomachū dissolutū abstringit. cū aqua nauseā sedat. nec est illud piculū etiā si in febre sumat᷑. vulnera canini dentis melle illinitū purgat ⁊ sanat. Feniculus agrestis maior est pdicto ⁊ semine ⁊ frutice. semen vo sile cathrio hꝫ ⁊ radicē odoratā. hic fenicul⁹ ali⁹ ē a peucedano: quāuis multi peucedanū agrestē feniculum vocent. nam Dias. diuersū facit cap. d peucedano a feniculo agresti. cuius elixatura vrinā ꝓuocat. ⁊ apposita illud facere pōt. semen eius ⁊ radix abstinent ventrē. morsib⁹ venenatis occurrunt. calculos frangunt. ictericis subueniunt. Est alius feniculus agrestis rusticus q dr a Dias. cap. hypomaratron hypomaratron vel maratron agrion radicē habet candidā: ⁊ semen vt cathiros: vrinā mouēs: ac lapides in vesica frangens. pōt etiā arcuatū morbum deducere: ⁊ a serpentib⁹ vexatis mederi. folioꝝ aūt eius decoctio data potui illud efficit qd feniculus vsualis. Postea subdit: tradit᷑ etiā aliud feniculi genus minoribus folijs ⁊ angustis ⁊ velut longis: ⁊ ibecillibus cū virtute. sed folia similia habet myrto circa que anuli sunt longi. radix eius remordentis atq; redarguentis virtutis est ⁊c. h tex. in Dias. nostro deficit.

Fenicul⁹ roman⁹ .i. anisū Fenicul⁹ algnl .i. peucedanū Feniculus mari'im⁹ qd est .i.i. feniculus
Feniculus montanus quid est .i.i. quā supra
Feniculus erraticus quid est .i.i. quā supra
Fenicul⁹ caballin⁹ vl' eqn⁹ qd est .i.i. quā supra
Feniculus silvestris quid est .i.i. quā supra
Feniculus porcinus .i. peucedanum
Fenic .i. lapis vulcani: ⁊ est pumex
Fenicus idē qd supra Fenice .i. palma vel dactil⁹
Fenicius color .i. rube⁹ flamine⁹: p q .i.i. fenicbia
Fenus .i. almea
Fengos .i. lumen splendor lux luna
Fengosi idē qd supra Cap. 264.

Fenugrecum

latine. ara. halba: vel alcalagre. vo bucerō: aut buchon: vl tylis. Fenugrecū est primo ca. substantia hꝫ glutinosam: virtute hꝫ maturandi ⁊ relaxandi.

Auic. li. ij. cap. de fenugreco. Fenugrecū ca. est sine ꝓmissio in pmo: ⁊ nō euacuat᷑ ex humiditate extranea. eius virtus est digestiua ⁊ leniiua. ⁊ illud ꝓpterea qd in ipso aggregat᷑ de caliditate cū viscositate: ⁊ eius viscositas ꝓhibet dominium nocumenti caliditatis. ⁊ eius caliditas operatur cum facilitate. ⁊ eius humor est malus: licꝫ nō sit paucus.

Sera. libro aggre. capitulo hager albamach. Lapis est indus: qui cum agitatur audit intra ipsum lapis alius. et minera eius est in montibus indie inter chimoas et tarandi iuxta litora oceani. et vocatur a grecis allectuans partum: et hec proprietas est inuenta in hoc lapide aquile. Et idem auc. Rasis. albamach est medicina indie. et est lapis similis castanee: nisi quia habet colorem vellereum. et quando agitas ipsum auditur intra ipsum lapillus. et quando frangis eum egreditur ille lapillus. et est sicut auellana vergens ad albedinem. Et idem Rasis libro de proprietatibus dixit quod est lapis similis ouo: et habet intra se lapillum. Albertus in lapidario suo: echites lapis gemmarum optima est: coloris punicei. et vocatur a quibusdam aquileus: et ab aliis erodialis: eo quod aquile hunc ducunt ad nidum suum iuxta oua sua collocantes eundem sicut grus inter duo oua que facit collocat. hoc enim experti ad sensum in colonia vbi grues ferine fecerant multis annis in quodam horto inuenimus autem echites secundum genus plurimum iuxta litora oceani: vbi est optimum genus ethideorum quod sunt heredes auium. dicitur autem quod in persia aliquando inueniuntur. Est autem modus eius quod in se continet alium lapillum qui in ipso sonat quando manu mouetur.

Posse. Sera. Hic lapis aquile dicitur nam cum aquila vult parere oua sua defert hunc lapidem masculinum a partibus indie: et supponit eum aquile: et facit eam parere facile: et alleuiat eius dolorem. et hoc idem facit mulieribus: et omnibus animalibus quando ponitur sub eis in hora partus. Et idem auc. Rasis: quando ponitur in pectine: et suspenditur mulieri in cossa que debet parere facit accelerare partum cum facilitate. et sum expertus hoc: et inueni sic esse. et omnes concordant in hoc quod alleuiat partum quando alligatur cosse et inuenitur quando ponitur loco peonie inuenitur ad curandum. iste lapis inuenitur apud nos et quam plures. et verificaui de eo multotiens experientiam. Enax in lapidario capitulo de lapide aquile ait: quod suspensus in sinistro brachio conuenit pregnantibus: et conciliat amorem. diuicias auget vbi fertur. et in pregnantibus impedit aborsum. et periculum parturitionis mitigat. prohibet casum caducorum. similiter si de administratione veneni aliquis suspectus sit in cibo illo prohibet ne possit ab eo deglutiri cibus ille. Si lapis subtrahatur mox deglutiet. Albertus: fertur autem quod si suspensus in sinistro brachio conuenit pregnantibus. et conciliat amorem. et diuicias auget vbi fertur. et in pregnantibus impedit aborsum. et periculum parturitionis mitigat. et ait quod prohibet casum caducorum. similiter et quod hiis mirabilius est tradunt caldei quod si de administratione veneni aliquis suspectus sit impositus in cibo illo prohibet ne possit deglutiri cibus: et si lapis subtrahatur mox deglutitur. querunt autem aquile hunc lapidem et imponunt nido suo: et grues inter oua sua: sed in vno anno ponunt vnum: et in alio alium. dicunt autem quidam quod faciunt ad mitigandum calorem ouorum vel corporis aquile ne oua nimis calefiant: et hoc est probabile. quidam autem dicunt aliquid conferre ad eorum formationem aut viuificationem. quod autem quidam dicunt quod lapis ab aliis auibus ouis interponatur ne oua frangantur falsum est. quia citius ad lapidem quam ad seipsa collisa franguntur. Aiunt autem aliqui quod si aliquis suspectus de administratione veneni. cum lapis iste cibo imittitur statim a cibo strangulatur. et quando subtrahitur transglutit cibum in quo positus est lapis. Lapis dabagreg quod est lege lapis smaraldus.

Cap. 406.

Lapis gagates secundum Dias. capitulo de lapide gagatis. inuenitur in lycia circa ripa fluminis qui gantes appellatur: coloris nigri. et est aliquis pallidus et quasi lucidus vel pallidus mediocriter leuis valde: et solus super aquam natans inter alios lapides inuenitur: cuius est melior qui facile exarserit igne: et odorem aspalti habens medicine aptus. et secundum Pli. optimus est qui ad lucernam accenditur. Enax in lapidario suo: gagates et karabe quem quidem dicunt lapidem de genere gemmarum: ego tamen reputo ipsum esse gummi agiros. et inuenitur in libya et britania iuxta maris litus. et abundanter inuenitur in mari: quod attingit aquilonarem partem theotonie. et in anglia frequenter inuenitur: et est duplicis coloris: nigrum. s. et croceum: et est perlucidum et glaucum: et declinans ad pallidum est intectum cum citrino colore. Confricatum autem trahit paleas: et incensum ardet sicut thus.

Posse. Dias. gagatis virtus est diaforetica. venena excludit. emplastris podagricis miscetur. accensus in aqua ardet. et oleo extinguitur. solum aqua solutus dentes mobiles confirmat. et rigores precordiorum: et dolorum euersiones facit. incensus serpentes fugat. epilepticos prodit. incenditur et in aqua mittitur: et per triduum de eadem aqua datur parturienti et liberatur. demonibus et omnibus maleficiis resistit. virginitatem deprehendit. fictilia ex eo vasa scripta non delentur mulieribus si desint menstrua hunc lapidem tere et pone super carbones ardentes vt uterum euapore et circumtecta pannis: et purgabitur sine noxia et dolore. Sed sciendum quod Dias. hunc lapidem vocat quoniam apparet vt lapis: et ideo dicit est vt gemma vt de anuli fiunt: sed in lingua agiros dicit quod est lachrymi agiros. i. populi arboris. Enax: conuenit hydropicis et fluxidis. et confirmat dentes: vt aiunt. de expertis autem est quod lotus aqua pro fumigationibus inferius suppositus prouocat menstrua. fertur etiam quod fugat serpentes. et valet contra ventris et stomachi subuersionem. et contra fantasmata melancolica: que quidem demones vocant. Aiunt autem de expertis: quod si colatura et lotura eius cum rasura detur virgini bibere quod retinebit eam et non minget. si autem non est virgo statim mingit: et sic dicunt probari an aliqua sit virgo. dicunt etiam valde valere contra laborem parturientis. Si vis scire latius generationem istius lapidis lege electrum.

Cap. 407.

Lapis celidonius secundum Dias. in proprio capitulo inueni-

tur in ventribus hirundinum: cuius gña sunt duo niger et rufus: qui colligitur captis pullis hirundinis: et scissis eorum ventribus inveniuntur. Albert⁹ rufus involutus panno lineo vel corio vitulino: et sub sinistra assella gestatus dicitur valere contra insaniam et antiquos languores: et lunaticam passionem et epilepsiam eodem modo portatus. Enax autem dicit quod facundum gratum et placentem reddit gestantem se. niger autem ut Joseph dicit contra nocivos humores et febres et iras operatur. et lotus aqua sanat oculos. et ad finem incepti perducit negocium et si involuitur folijs herbe celidonie dicitur obfuscare visum. Sunt autem hi lapides parvi valde: et tales iam vidimus per socios nostros de stomacho hirundinum extractos de mense augusti: tunc enim extracti magis valere dicuntur. ut frequenter autem duo simul in una hirundine inveniuntur.

Posse. Dias. rufus quidem sanat lunaticos et languidos et insanos in panno mundo ligatus: et in sinistro brachio egroti circumligatus. preterea facit gratissimos portantes se facundos. et amabiles: et idoneos. Niger gestatus similiter optimum finem imponit. ad omnes iras regum et dominorum idoneus est. nam qui eum habuerit omnibus placebit: et ad arbitrium suū cuncta perducet. Si cum dolent oculi teritur cum aqua et inunguntur et sanabuntur. sed cum tollantur lapides cavendum ne pater aut mater prope sit: quia meliorem effectum habebunt. niger autem in panno lineo croco tincto missus tertianas: et quotidianas: et quartanas compescit. ad versus omnes humores aptus est excellenter: et contra iras et minas. et lotus aqua sanat oculorum dolores: et ad finem inceptum ducit negocium. sed si volutur in folijs celidonie obfuscat visum. Sunt autem lapides parvi valde: et tales vidimus per socios nostros extractos de stomacho hirundinum in mense augusti.

Cap. 408.

Lapis allectorius secundum Dias. in proprio capitulo invenitur in ventribus gallorum gallinaceorum crystallo similis vel aque limpide. et ait Albertus quod iste lapis est nitens crystallo obscuro similis. extrahitur autem ex ventriculo galli gallinacei postquam castratur ultra quartum annum. et quidam dicunt quod post nonum extrahitur: et est melior de gallo decrepito. maxima autem huius quantitas est instar ad quantitatem fabe.

Posse. Dias. qui secum habuerit invictus erit ut a multis probatum est. nam gladiator habens eum in ore invictus permanet: et sine siti. similiter et reges eum habentes fortiter bellabant: et expulsi a regno non solum propriam dominationem: verum etiam alienam receperunt. mulierib⁹ proderit portatus que volunt placere viris: nam probos et speciosos reddit portantes se.

Cap. 409.

Lapis chrysolitus secundum Dias. in proprio capitulo lucidissimus est et similis auro. Albertus lapis chrysolitus est in colore habens tenuem viriditatem lucidam: in qua ad oculum solis micat ut stella aurea. et non est rarus.

Posse. dicitur quod spiritualia confortat: propter quod tritus asmaticis datur. fertur etiam quod perforatus: et setis asini in foramen repletus. ac sinistro brachio alligatus fugat timores melancolicos pessimos: et hoc dicitur in physicis ligaturis. In auro etiam positus et gestatus fugat fantasmata. et dicunt quidam ipsum stulticiam pellere et sapientiam adducere.

Dias. hic applicatus rasure auri similatur et est: et iuvat maxime adversus nocturnos timores. pertusus et traiectus cum setis asini: et in brachio sinistro ligatus omnia demonia vincit.

Cap. 410.

Lapis exebenos secundum Dias. in proprio capitulo: alb⁹ est et speciosus quo solent aurifices aurum limpidare.

Posse. Dias. curat stomaticos potatus cum passo et aqua. similiter amentes sanat potatus ad venereas voluptates mirifice facit bibitus: quia non patitur diu eos fatigari. solvit etiam vesicam dolentem: nam portatus partum sine egritudine conservat: et velocitatem parturientis facit circumligatus femori.

Cap. 411.

Lapis agathes sive agapis secundum Dias. in proprio capitulo. habet maxima virtutes. qui colorem habet similem pelli leonis. Isaac beniamin. agathes autem lapis niger est albis venulis in quodam modo speciei lapidis albescen. et inveniuntur alius modus eiusdem speciei: qui similis est corallo. et tertium genus plurimum fuit in creta insula nascitur: quod habet in nigro venas croceas. est quartum genus indicum et varium quasi sanguine sit aspersum.

Posse. Dias. valet ad morsum scorpionis alligatus vel illinitus cum aqua statim tollit dolorem tritus: et vulneri aspersus: vel in potione cum vino datus viperarum sanat morsus. portatus facundum suadentem: amabilem: et gratum portantem facit. Isaac beniamin: primum quidem genus aptum est ad regum formas: que lapidibus insculpuntur. et plurimi lapides habent capita regum insculpta: et cum iacent ad caput dormientis fertur ostendere multa simulachra somniorum. Tertium autem genus quod creticum est facit ut adiuvet vincere pericula. et viribus convenit cordis. gratum: et placentem facit: ut dicit enax. et coloris facit hominem boni et facundum: et iuvat enim contra adversa. genus autem indicum visum fovet. et valet contra sitim et venenum. Cum autem accenditur odoriferum est valde.

Cap. 412.

Lapis galactides secundum Dias. in proprio capitulo: colore est cinereus: gustu dulcis: qui tritus lacteum colorem emittit. Albertus: lapis galactides quem quidem galactidem vocant lapis est similis cineri: et secundum plurimum invenitur in nilo et acheloo flumine.

Posse. hic tritus dat saporez lactis: ꝛ succi. ꝛ in ore clausus turbat mentē dicitur etiam in de ligaturis physicis: ꝙ ligatus i collo replet vbera lacte. ꝛ alligatus femori mulieris facit partus faciles. Aiunt etiam pastores egypcii: ꝙ si vespere contusus cum sale mixta aqua oues circumspergantur vbera eorum replent lacte: ꝛ fugatur ab eis scabies. ꝛ generaliter dicitur contra sca- **Posse. Dias.** hic pᵉ balbic valere. neum ieiuno datus cum musa vel aqua lactis copiam ministrat. vel ex ouis grauidate lana filo facto ꝛ prefato lapide circa collū ligatur lethens dicitur: qa precedentia mala in obliuionem adducit: ꝛ gratiosum reddit. resistit iniurie ꝛ fasino dolorem libe rat dentium circunligatus. ꝙ si mulieri difficulter parturienti filo facto de lana ouis fecunde ligatus fuerit circa femur dextrum continuo pariet sine dolore: quia obliuisci facit. dicitur etiam ꝙ tenax est: nam in iudicio litigantes vincere facit.

Lapis cratides idem quod supra.

Lapis lethens idem quod supra.

Cap. 413.

Lapis medus secundum Dias. i proprio capitulo: niger ē qui tritus emittit croceum colorē. Albertus: lapis medus vl' medo dicitur: quia a regione medorum fertur: vbi plures inueniūtur. Sūt aūt huius species due: vnus niger ꝛ alter viridis **Pos.** huius virtutem esse dicunt contra veterem podagram. oculorum cecitatē ꝛ freneticam passionem. etiā refouere dicitur fessos ꝛ debiles. fertur etiam ꝙ fragmenta nigri si i aqua calida missa fuerit: ꝛ siquis in aqua illa lauerit incurrit membrorum excoriationem: ꝛ si ex ea biberit peri- **Dias.** est autem duplicis potē bit fomento. tie: scilicet bone ꝛ male. nam tritus in cote medicinali cum lacte mulieris que semel creauit primo partu puerum: ꝛ inunctᵘ albugines curat oculorum: ꝛ omnem illorum dolorem etiam si desperatus fuerit medere. podagricos eodem modo cum lacte ouis que semel genuit masculum sanat. renes ꝛ anhelitus: ꝛ interiores partes corporis hoc medicamen preparatum habeas in vase vitreo vel argenteo: ꝛ perfice ieiunus ad vindictam quoqꝫ supra cotē. ꝛ da cui vis: ꝛ lauet faciem ꝛ exsiccabitur. Siquis autem ex eo biberit pulmonē vomet. oportet autem bibenti paululum dare vt non sumatur. inuentus est autem iuxta fluuium fasin.

Cap. 414.

Lapis armenus secundum Pli. in proprio capitulo est viridus ꝛ nominatus a regione illa ꝛ est liuidus ꝛ subalbidus. cuius melior est habens colorem medium inter viridem obscurum terreum ꝛ indum. ꝛ habet macularum distinctiones virides et ni- **Auic.** libro secundo capitulo de lapigras. de armeno est aliquantulum azulini coloris: non tamen est in colore azuli: ꝛ non est in eius soliditate: sed est in eo arenositas quedam ꝛ quandoqꝫ vtuntur eo tinctores et pictores loco azuli: ꝛ est le- **Jo. mesue** lapis armenus uis tactu. inquit Alexander a verificatoribus est inuētus habere prerogatiuam in educendo choleram nigram: cuius operatio incolumior est helleboro nigro: ꝛ virtuosior lapide lazuli. Melior est habens colorem mediū inter viridem obscurum ꝛ terreum ꝛ indum. ꝛ habet macularum distinctiones virides ꝛ nigras: et qui non est in termino lapidis. immo facile dissolubilis puluerizabilis: ꝛ qui est leuis tactu carens asperitate ca. complexionis in principio secūdi: ꝛ sic. in ipo: ꝛ est resolutiuus: abstersiuus: ꝛ est ex cōturbantibus: ꝛ subuertentibus stomachum: ꝛ educit per vomitum ꝛ ventrem: ꝛ nocet stomacho generans subuersionem. ꝛ faciens solutionem cū angustia. Et dixit Alexander: nō lotus soluit per vomitum: ꝛ per ventrem cum labore. lotus autē soluit per ventrem sine molestia. Ars autem in lauādo ipsum est hec: teratur cum facilitate in vase lapideo: deinde fundatur super ipsum aqua dulcis ꝛ lauetur sic terendo: ꝛ fiat illud trigesies semper innouando aquam: ꝛ adhuc decies lauetur cū aq̄ rosarum. Et dixit alchindus: lauetur cum buglossa post depurationē eius: acquiritur enim ei proprietas mirabilis ex hꝰ ad egritudines melācolicas **Posse. Auic.** soluendo educit melācoliā plus q̄ lapis lazuli: ꝛ propter ipsum dimittitur helleborus niger. **Jo. mesue** educit solutione choleram nigram cum virtute: ꝛ mundificat cerebrum ex ea. ꝛ valet ad egritudines eiᵘ melācolicas: sicut est mania ꝛ vertigo: ꝛ dolor capitis ꝛ epilepsia: ꝛ ad egritudines timoris ꝛ suspicionis: ꝛ ad lepram: ꝛ ad egritudines splenis: ꝛ ad cancrum: ꝛ morpheam: ꝛ fe. melancolicas. Dosis non loti potio est a.3.5. vsqꝫ ad.3.i.5. ꝛ loti potio ē a.3.i. vsqꝫ ad.z.

Cap. 415.

Lapis berillus secundum Dias. proprio capitulo lucidissimus est ꝛ clarᵘ similis oleo. Albertus in lapidario suo in proprio capitulo: lapis berillᵘ est coloris pallidi lucidi transparentis vt limphe: ꝛ quando voluitur in eo videtur moueri aqua. secundum plurimū autem eius generatio est in india: sicut ꝛ multarum aliarum gemmarum. sunt autem multa genera ꝛ modi in specie lapidis istius: sed meliorem esse ferūt: qui magis pallet: ꝛ plures habet guttas que videntur in ipso manere. **Posse. Dias.** sculpitur in eo locusta marina: ꝛ sub pedibᵘ eius cornicula: ꝛ sub gemma ponitur herba sauina modico auro inclusa: gestat amorem coniugi ꝛ maiorem omniū facit. preterea ad oculorū vicia facit: ꝛ ad omnem valitudinem si aquam in qua missus fuerit potui dederis. ructus ꝛ suspiros ꝛ epatis dolorem curat. Albertus: fertur autē habere opera multum contra pericula hostiū: et

com ualleo ⁊ reddere inuictum. ⁊ in moribus di- catur elicere: ⁊ ingenium bonum dare. medicorum quidam dicunt q̄ valet ⁊ contra pigritiam: ⁊ contra suspiria: ⁊ eructuationes. ⁊ q̄ valet oculis humidis. Expertum est autem q̄ quando rotundatur et oculo solis apponitur q̄ aduritur: ⁊ ignem accendit. dicunt autem q̄ coniugium conciliat inter virum ⁊ vxorem.

Cap. 416.

Apis alabastrides secundum Diasc. in proprio cap. est satis manifestus **Posse. Dias.** est laxatiue: mollit denique duricies: ⁊ stomachi dolorem ceroto admixtus.

Lapis corallus secundum Dias. proprio capitulo maximas habet virtutes pro qua lege bassad.

Cap. 417.

Apis lacteus est lapis secundum Auice. libro secundo capitulo proprio: qui cum fricatur aqua egreditur ex eo quoddam sicut lac. ⁊ hic quidem lapis est cinerei coloris. dulcis saporis.

Posse. Auic. teritur cum aqua ⁊ seruatur quod resoluit ex eo in pixide plumbi: ⁊ conuenit initio apostematum. ⁊ fit ex eius fricatione alcohol. ⁊ prohibet cursum superfluitatum ad oculum: ⁊ vlcera in ipso accidentia.

Lapis galactides idem quod supra.

Cap. 418.

Apis vesice est qui in vesica generatur.

Auic. libro secūdo in proprio capitulo: dixerunt quidam q̄ frangit lapidem renum ⁊ vesice: sed Hali. dixit q̄ nihil horum est.

Lapis molaris secundum Auic. in proprio capitulo omnibus est notus: ⁊ est stipticus.

Cap. 419.

Apis piritis Pli. in proprio capitulo: Lapis piritis durissimus est: qui ⁊ si ferro percutiatur: scintillas emittit ⁊ ignem. Cassius felix in proprio capitulo. lapis piritis idest focaria: a quo per allisionem calibis vel alterius rei dure ignis euolat sed Gal. in epistola ad Glauconem exponit lapis piritis idest lapis militaris: quod quidam intelligunt de lapide lato super quem solent ignē conferre.

Posse. Pli. vires habet in similitudinē cadmie. facit proprie ad oculorum claritatem.

Lapis vocarius idem quod supra.
Lapis militaris idem quod supra.
Lapis lagia est similis ossibus elephantis: est fusci coloris ⁊ quasi subalbus.

Cap. 420.

Apis lincis: Enax in proprio capitulo: fit ō vrina lupi ceruarij micta: ⁊ in montibus congulata: qui in domo seruatus generat optimos fūgos supra se quolibet anno. dicitur valere contra dolorē stomachi: ⁊ ictericiam: ⁊ fluxum ventris.

Cap. 421.

Apis siston: Enax in proprio capitulo: est fusci coloris et subrufi: oblongas arestas siue pinulas non habens erectas: vt alumen scissū Enax.

Posse. vires habet fortiter cōstringētes.

Lapis spongie est lapis inuentus ⁊ ortus ī corpore spongie: ⁊ ad quid valet lege assegi albuch.
Lapis de barchim quid est lege famechi.

Cap. 422.

Apis stellatus. Enax in proprio capitulo: est ō genere marmorum habens maculas ex auro. ⁊ est alius albus qui dicitur lapis marchasita. alius indus clarus celestis: ⁊ vocatur lapis lazuli: pro q̄ lege lapis lazuli. ⁊ quandoq̄ minera fert vtrūq̄ simul. ⁊ quandoq̄ est alius coloris viridis: ⁊ vocatur lapis chrysopassus: vt apparet si leges lapis chrysopassus.

Lapis sidiricis i. scoria ferri.
Lapis hydros. i. lapis ex nostris aquis generatus

Cap. 423.

Apis trachus: Enax in proprio capitulo: ⁊ lapis niger: nascitur in ponto amne qui est in egypto

Posse. Enax habet vires sicut gagates: ⁊ dicitur accendi parum ab aqua: sed extinguitur ab oleo.

Cap. 424.

Apis quadratus secundum Pli. in egypto inuenitur: similiter ⁊ in ethiopia. ⁊ exalbidus est.

Posse. Plinius: vires habet stringentes: vnde necare dicitur conceptum.

Cap. 425.

Apis glatides: Plinius in proprio capitulo: velut cinereus est gustu dulci **Posse.** Plinius: latenter humectat ⁊ leuiter cōstringit: ⁊ ideo facit ad lachrymas oculorum.

Lapis morocchus secundum Pli. in proprio capitulo inuenitur in egypto: ⁊ est pallidus.

Cap. 426.

Apis flogmas secundum Plinium in egypto inuenitur arrosum: ⁊ flamineum habet colorem

Posse. Plinius: illinitus fronti somnum inducit.

Lapis preparatorius corij. i. pumex: pro quo lege famechi.

Lapis vlcam idem quod supra.
Lapis archadi i. lapis gagatis.
Lapis lincurius i. lapis lincis.
Lapis discaltis i. scoria eris.
Lapis lissmenum i. lapis lazuli.
Lapis keme quid est lege keme.

Lapis berzat idem quod supra

Cap. 427.

Lapis albeston secundum Alb. in lapidario suo est coloris ferrei: qui secundum Plinium in arabia invenit. **Posse.** Albertus: virtus mirabilis eius in templis deorum est manifesta: eo quod semel accensus vix aut nunquam poterit extingui: eo quod naturam habet animalis quod salmadra vocatur cum modico humidi vnctuosi pinguis inseparabilis.

Cap. 428.

Lapis absintinus secundum Albertum est de genere gemmarum colore vitri rubeis virgulis. **Posse.** Albertus: huius virtus fertur esse sicut lapis abescarius: licet satis remissior: nam accensus permanet calidus per septem dies vel amplius propter eandem causam: que dicta est de lapide abescario. Lapidis etiam huius virtus est in provocando et augmentando fluxum sanguinis: vt experimentatores asserunt.

Cap. 429.

Lapis nigrorum secundum Auic. libro secundo proprio capitulo: est lapis qui defertur ex nigris declinans ad citrinitatem **Posse. Auic.** fricatur et egreditur ex eo fricatio mordicans linguam similis lacti. mundificat pannum oculi cum non est cum apostemate et opthalmia. et convenit vestigiis vlcerum in eo et eradicat vngulam.

Cap. 430.

Lapis amandinus secundum Albertum est gemma colorum variorum. **Posse.** Albertus: venenum omne aut extinguit aut reprimit: et vincere facit adversarios: et plenam interpretationem somniorum facit intelligi.

Cap. 431.

Lapis cõchyliũ. hoc vocabulum ponitur in quodam electuario Auic. quod est contra vicium lapidis. et quidam dicunt quod est coclea marina: que dicitur cõchylium: vt apparet si leges ostracorum. et quidam dicunt quod est coclea limaciarum. secundum veritatem lapis cõchyly est coclea porphyre marine: et est cõchylium marinum purpureum: quod invenies si leges ostracorum.

Cap. 432.

Lapis amectistus secundum Albertum est gemma multum cõmunis et nota: que est coloris purpurei: et transparentis aliquantulum obscuri. inveniuntur in ista specie multe differentie: sed quinque sunt magis note propter differencias obscuritatis omnes acceptas. nascitur melior in hac specie in india est autem melior ad sculpendum eo quod alius est minus durus. **Posse.** Albertus operatur contra ebrietatem. et facit hominem vigilem. et malas reprimit cogitationes. et bonum intelligibilibus confert intellectum.

Cap. 433.

Lapis andromada secundum Albertum est lapis coloris argentei: et secundum plurimum in mari rubro nascitur. est autem quadratus et durus sicut adamas. **Posse.** Albertus: virtutem habet contra furorem: et facilis animi cogitationem: et tristiciam: et gravitatem: pro quo lege lapis quadratus.

Cap. 434.

Lapis palaginus similiter dicitur secundum Albertum quod est gemma coloris rubei lucide valde. nãe et substantie trãsparentis: et dicitur esse femina carbunculi. et virtutes eiusdem remissas habet sicut femina ad marem se habet. et dicunt quidam quod est domus eius: et ideo palacium carbunculi vocatur. generatur frequenter carbunculus in lapide isto. et iam visum est hoc quod in lapide vno exterior pars fuit palaginus: et interius carbunculus: propter quod huiusmodi genus lapidum dicitur esse de genere carbunculi.

Cap. 435.

Lapis borax secundum Albertum a quodam genere bufonis nominatur: quod sic dicitur quod ipsum in capite portat: et est duorum generum. vnum album aliquantulum fuscum. et alterum si vivo adhuc palpitante bufone extrahitur in medio habet oculum ceruleum: et temporibus nostris extractus fuit vnus de bufone parvus viridis. aliquos etiam vidimus bufones habentes depictos in se qui de hoc genere dicebantur. vulgariter autem cropodine dicitur. **Posse.** Albertus: sordes purgant intestinorum: et superfluitates.

Cap. 436.

Lapis carbũculus: qui grece antrax dicitur: hic non naturalis rubinus vocatur secundum Albertum lapis placidissimus et rubicundissimus et solidissimus: habẽs se ad alios lapides sicut aurum ad cetera metalla. et quando vere est bonus lucet in tenebris sicut carbo: et talem iam vidi ego. quando tamen iam bonus et verus est emicat in tenebris superfusa aqua clara et limpida in vase vitreo mundo polito. qui autem neutro modo lucet: hic nõ habet nobilitatem perfectam. secundum autem plurimum sui invenitur in lybia. et licet habet differentias plurimas: vt ait Enax qui dicit eum habere. xi. omnes tamen dicuntur esse ca. et sic. secundum plurimus. **Posse.** Albertus: hic solus omnium aliorum lapidum virtutes habere dicitur: specialis tamẽ eius effectus est venenum fugare.

Lapis erarius est lapis marchasita: et dicitur erarius: quia ex eo tingitur es.

Cap. 437.

Lapis calcedonius secundum Albertum est pallidus et fu-

seus aliquantu lum obscurus. **Posse.** Albertus: hic si p forátur, ⁊ collo suspendatur dicitur valere contra fantasticas illusiones ex melencolia ortas. etiaz facit evincere causas. ⁊ virtutes corporis conservat. ⁊ hoc ultimū expertum est multum.

Cap. 438.

Lapis calcofonos sive calcofonos secundum Albertum e niger. **Posse.** Albertus: virtus eius est vocem clarificare ⁊ raucedinem mederi.

Cap. 439.

Lapis ceraunicus vel ceraunius secundum Albertum est lapis crystallo similis infecto colore ceruleo: qui dicitur cadere aliquādo de nube cū tonitruo. ⁊ invenitur in grania ⁊ hispania: sed hispanus est candens ut ignis. **Posse.** provocat dulces somnos. et ad prelia ⁊ causas vincendas: ⁊ contra periculuz tonitrui dicitur operari. hoc similiter ait Evax.

Cap. 440.

Lapis celonites secundum Albertum est purpurei coloris ⁊ varii. dicitur in corde testudinis inveniri: quia quedaz sunt maxime testudines habētes domos que sunt ut vere margarite: ⁊ invenitur. **Posse.** dicitur ꝙ divinatorez facit eū qui gestat sub lingua. hanc autem virtutem non dicitur habere nisi quando luna est prima accensa ⁊ crescens ⁊ monoides ultima decrescens. ⁊ dicitur hic lapis ab igne nō corrumpi.
Lapis cogolites dicitur secundum Albertū esse in quantitate ⁊ colore similis ossis olive. ⁊ alio nomine vocatur lapis iudaicus: pro quo lege. Lapis iudaicus.

Cap. 441.

Lapis chrysopassus secundū Albertum est lapis qui ab india venit: ⁊ raro invenitur: propter qđ ⁊ carior estimatur: in colore etiam est quasi sit ex succo porri vel prassii coagulato: habens etiaz auri guttas propter quod ⁊ tale nomen accepit: quia chryso aurum sonat in greco: prassium idest viride viriditate porri. unde versus: Marubii folia sunt prassia prassiaqꝫ porri. **Posse.** vires hꝫ lapidis prassii: etiā ad omnes cordis passiones efficax reperitur.

Cap. 442.

Lapis chrysolitus secundum Albertum est lapis in colore tenens viriditatem lucidam: in quo ad ad oculum solis micat ut stella aurea: ⁊ non est rarus. dicitur autem venire de ethiopia. **Posse.** Expertum autem est ꝙ spiritualia confortat: propter quod tritus asmaticis datur. fertur etiam ꝙ perforatus ⁊ setis asini in foramine repletus: ⁊ sinistro brachio alligatus fugat timores ⁊ melancolicas passiones. etiam dicitur in physicis ligaturis in auro etiam positus ⁊ gestatus fugat fantasmata. ⁊ pellit stulticiā ⁊ sapientiam proferre perhibetur.

Cap. 443.

Lapis crystallus secundum Albertuz est lapis qui aliquā fit ex frigore: aliquādo autem ex nive: sicut sepe experti fuimus: ⁊ in germania ubi multi inveniuntur. utergꝫ autem modus generationis facilis ex superioribus erat manifestus. **Posse.** hic frigidus oculo solis oppositus ignem eicit: si calidus sit hoc perficere non potest. huius ratio posita est in libro de proprietatibus elementorū ⁊ planetarum. ⁊ dicitur etiam sitim restringere sub lingua positus. Et expertum est ꝙ tritus cum melle mixtus accept⁹ a mulieribus repleat ubera lacte.

Cap. 444.

Lapis ghrysolitus secundū Albertum est gemma coloris aurei in bonis materiis visu pulcherrimus est. in aliis autem bonis dissimilis. ab igne autem corrumpitur ⁊ fugatur: ⁊ ut quidaz dicunt inflammatur: ⁊ ideo timere ignez dicitur. dicunt autem alii ꝙ est aliud genus istius lapidis: quia est lapis ignobilis substantie: ⁊ est marchasita aurea: que medium quoddam est inter metalla ⁊ lapides. dicitur autem tertium genus istius lapidis esse coloris medii inter ceruleum ⁊ rubeum. **Posse.** virtus hui⁹ lapidis est curare scabiem ⁊ ulcera. ⁊ in manu gestat⁹ calorem febris mitigare dicitur.

Cap. 445.

Lapis chrysopassios secundum Albertum gemma est ab ethiopia veniens. **Posse.** dicitur lucere in tenebris ⁊ evanescere lumine superveniente: ita ꝙ colorem non retinet quem habet in obscuro: ⁊ fit in ipso secundū diversitatem luminis ⁊ tenebrarum reciprocatio colorum velut in querci putrefacta ⁊ noctiluca. ⁊ de omnibus his in libro de anima dedimus rationem perfectam. ⁊ vide.

Cap. 446.

Lapis deimonis sm̄ Albertū est quidā lapis bicolor ut arcus deimōis: qꝫ iris vocat. est aūt deimon dictus qđ grece intellectū vel stellam claram stillantem sonat. **Posse.** dicitur conferre febricitātibus: venenosa pellere: ⁊ tutum ⁊ victorem reddere.

Cap. 447.

Lapis diadochos secundum Albertum est lapis pallidus dicitur aliquantulum berillo similis.

Posse. dicitur fantasmata in tantum excitare q magi maxime hoc vtuntur:tamen applicatus defuncto vires amittit : qa mortem odire perhibetur.horum autem ratio haberi potest in libris magorum:hoc est hermetis:et bitbencorat:et ptolomei.de quibus non est presentis intentionis.

Cap.448.

Lapis dionysia secundum Albertum est niger guttatus rubeis guttis.

Posse. expirat vinum:et odorem ipsius vini fugat ebrietas:quod mirabile apparet. causa est autem q vinum non odore sed vapore opilando inducat ebrietatem.Lapidis autem huius odor simpliciter apertiuus est:et expulsiuus vaporum.

Cap.449.

Lapis draconites secundum Albertum est lapis a capite draconis extractus.et fertur ab oriente vbi sunt dracones magni. virtus eius efficax sicut lapis qui vocatur borax:quando de dracone extrahitur adhuc viuo palpitante.insidiantur aute draconibus dormientibus:et subito scisso capite draconis adhuc palpitante euellunt lapidem. anime eius actus multa confert his etiam super fluitantibus q generantur in animalibus: et mortis corruptio alterat ea quando natura'i morte corruptis humoribus moriuntur:et quando mortua vel corrupta decisa iacuerunt. Ego autem in partibus alamanie in sueuia vidi lapidem super quem conuenerant plus q̃s.xx. serpentes inter montes in quodam prato:et cum transitum faceret inde dominus terre: milites euaginatis gladijs ciderunt serpentes in multa frusta: et in fundo tamen quidam magnus iacuit serpens in multas partes incisus:et sub capite serpentis inuentus est lapis niger formatus vt paruus abscissa nõ perlucidus in circuitu:coloris pallidi. pulcherrimũ habens descriptam serpentem:et hunc lapidem ab vxore eiusdem nobilis mihi presentatum cum capite eiusdem serpentis.

Posse. dicitur venena fugare: que fiunt a morsibus animalium venenatorum.victores dicitur etiam efficere.

Cap.450.

Lapis elitropia secundum Albertum est lapis viridis fere smaraldo similis aspersus sanguineis guttis.hunc elitropiam dicunt esse vocatum nigromantici et gemmã babylonie.

Posse. si lapis iste vngatur succo herbe eiusdem nominis:et in vas aque plenum immissus facit sanguineum solem videri sicut si pateretur eclipsim:cuius causa est quia totam aquam ebullire facit in nebula:que inspissando aerem impedit solem videri:sicut quando est cum rubore in spissa nube: postmodum autem descendit rorando illa nebula sicut per guttas pluuie.oportet antem ad hoc q quodam carmine sacratus sit.et quibusdam characteribus mixtus:et sicut arreptitij presentes sunt diuinando quedam predicunt:propter quod templorum pontifices illo lapide vtebantur maxime in festis idolorum.dicitur autem reddere hominem bone fame:et large vite. et contra fluxum sanguinis: et venena valere.dicitur autem q vnctus herba sui nominis vt prediximus fallit visum ita vt hominem prohibeat videri.inuenitur autem pluries in ethiopia:et cypro et india.

Cap.451.

Lapis etydros secundum Albertum est lapis in colore crystallo similis.q ppetuis guttis distillat et tamen lapis non minoratur nec corrumpitur.cã in hoc profecto est: quia ex substantia lapidis gutte ille nequaquam distillant: sed propter nimiam frigiditatem aerem se tangentem continue se mutat in aquam:sicut faciunt lapides duri et politi pº resolutionem frigoris.hoc similiter ait Enax capitulo de lapide etydros.

Cap.452.

Lapis epistithes secundum Albertum est lapis in marinatus rutilans et rubicundus.

Posse. incantationibus et physicis ligaturis dicitur valere . et q gestatus tutum hominem seruat.et compescit seditiones. et compescere etiam dicitur locustas et volucres: et nebulas:et grãdines:et tempestates a fructibus terre. Expertum autem est q oppositus oculo solis ignem et radios ignis emittit.dicitur autem q hic lapis si in aqua feruente proijcitur cessat ebullitio eius:et post modicum frigescit.causa autem huius alia eẽ nõ posset nisi pro certo : q frigidissimus ẽ et motus a calore bulientis aque frigiditas sue cõplexionis agere incipit.

Cap.453.

Lapis exacolitus secundum Albertum est lapis varius dissolutiuus:vt dicunt periti medicorum.

Posse. vino permixtus et potatus valet contra colicam et iliacam passionem.

Cap.454.

Lapis exacontalitus est lapis secundum Albertum.lx.coloribꝰ distinctus:parue quantitatis valde:qui frequentius in libia inuenitur: et apud trogondas inuenitur et monetur sepius: propter hoc etiam oculos hominis dicitur efficere tremulos.

Lapis eracolicus idem quod supra
Lapis falcanos .i.arsenicum.
Lapis filaturus est eadem gemma que chrysolitus ⁊ est eiusdem virtutis vt ferunt gemmarij.

Cap.455.

Lapis gagacromeon secundum Albertum est lapis diuersi coloris sicut pellis capreoli.

Posse. victores reddit se gestantes. Expertum autem dicunt esse ab Alchide principe quodam: qui quotiens hunc lapidem secum habebat semper vincebat in terra ⁊ in mari: quotiens autem carius fertur hostibus succubuisse.

Lapis berzath quid est lege kenne.
Lapis kenne quid est lege quod supra.
Lapis qui inuenitur in oculis ceruorum idem quod supra.
Lapis archadie est lapis qui cum accenditur non extinguitur.

Cap.456.

Lapis garauden secundum Albertum est lapis qui fertur esse nigri coloris. probatur autem veritas huius lapidis sic: si gestans lapidem totum corpus suum vngatur melle muscis ⁊ vespis exponitur: si intactus manet ab eis lapis est verus. et si deponit lapidem musce ⁊ vespe super mel cadunt ⁊ fugiunt.

Posse. aiunt quod in ore positus facit bene indicare opiniones ⁊ cogitationes. fertur etiam quod gestantem gratiosum reddit hominibus. ita similiter asserit Enax.

Lapis gerolidus .i.lapis aquile.

Cap.457.

Lapis granatus vt constantinus ait in proprio capitulo et Albertus: est de genere carbunculi. est autem lapis rubeus ⁊ perlucidus in colore similis balaustye. est autem rubeus aliquantulum obscurior carbunculo: ⁊ cum subijcitur ei in sigillis niger color tunc magis rutilat. ⁊ in hoc genere inuenitur quidam modus: qui intra ruborem speri suo habet viole colorem: propter hoc genus violatus dicitur: ⁊ preciosior est alijs granatis.

Posse. dicitur letificare cor ⁊ pellere tristiciam. ⁊ est ca. ⁊ sic. ⁊ quod quidam dicunt hunc esse de genere hiacynthi est falsum. inuenitur enim lapis hic secundum plurimos in ethiopia: ⁊ aliquotiens intra tyrum iuxta arenas maris.

Cap.458.

Lapis iaspis secundum Albertum est lapis multorum colorum ⁊ habet species decem. melior tamen est viridis transparens habens in se venas rubeas. debet autem in argento proprie ligari. hic in multis partibus inuenitur.

Posse. expertum est contra sanguinem ⁊ fluxum menstruorum. Aiunt autem quod tegat conceptum. ⁊ iuuat partum. ⁊ quod gestantem se a luxuria prohibet. In magicis etiam legitur quod si incantetur portantem reddit gratum ⁊ potentem ⁊ tutum. ⁊ fugat febrem ⁊ hydropisim.

Cap.459.

Lapis iena secundum Albertum est a bestia que iena vocatur sic dictus: eo quod oculi eius in lapidem vertuntur totaliter.

Pos. Aiunt autem Enax ⁊ Aaron: quod positus sub lingua confert diuinando dicere futura.

Cap.456.

Lapis iris est lapis secundum Albertum crystallo similis: ⁊ est vt frequentius exagonus. dicit autem Enax quod de arabia venit: ⁊ in mari rubro nascitur. Nos autem inuenimus maximam copiam horum lapidum in montibus germanie: qui sunt inter renum fluuium ⁊ treuerensem ciuitatem: ⁊ diuerse quantitatis omnes sunt exagoni. in alijs autem lapidibus cum naturaliter sint rotundi exagoni efficiuntur: sicut foramina apum in medio posita exagona efficiuntur cum illa que sunt in extremis sunt rotunda. est autem lapis siccissimus: quod sua indicat subtilitas maxima. fit autem ex aqueo succo qui euadit de materia lapidis qui generatur in luto rubeo. ⁊ quia hoc aqueum vehementer sicco apprehensum est siccus ⁊ durus est lapis valde. cum autem sub tecto soli eius pars immittitur: ⁊ pars eius in vmbra tenetur proijcit reflectendo pulcherrimos colores iridis super oppositum parietem: vel super aliquod corpus propter quod iris vocatur: cuius causa superius est assignata. aliquid autem simile huic nascitur in gypso quod est perspicuum in extremis: ⁊ scissibile valde: ⁊ vtuntur eo pro vitro quidam in vitris.

Cap.461.

Lapis isculos secundum Albertum ⁊ Isidorum est croco similis: lapis in vltimis hispanorum partibus frequentius inuenitur iuxta gades herculis in tertio ⁊ secundo climatibus iuxta hispaniam illam quam modo hispaniam vocamus. est autem lapis filabilis propter viscositatem in eo arefactam. ⁊ si de eo fiat vestis non comburitur: sed ex igne purgatur ⁊ nitet. ⁊ forte illud est quod gennam vocant salamandre. quia hec lanugo que inde colligitur est sicut lanugo lapidis humidi. quare autem non crematur in metheororum expeditum est huius speciem quandam dicunt esse quendam lapidem: quem quidam vocant carbunculum album.

Posse. imitatur carbunculum in hoc quod fantasmatibus ⁊ presagijs resistit valet contra dolorem oculorum ex humida causa. ⁊ redactus in puluerem sanat scabiem. Item Isidorus dicit de lapide iudaico quod est albus ad modum glandis in quantitate.

Cap.462.

Lapis kacabrates secundum Albertum est lapis silis crystallo.

Posse. de eo fertur q eloquentiam dat z honorem et gratiam. valet contra hydropisim.

Kap.463.

Apis kaman secundū Albertum est lapis frequenter albus in toto vel in parte. varius est in colore. z frequentissime inuenitur immixtus om-ximis virtutibꝫ eius fertur ex imaginibus z scripturis que inueniuntur in ipso: z ex sigillis.

Lapis ligurius quid est lege lapis lincis.

Kap.464.

Apis liparis secundum Albertum est lapis qui frequentius i lybia inuenitur. **Posse.** fertur enim virtus huius lapidis mirabilis esse. omnis enim bestia a venatoribus z canibus infestata currit ad eum: z ipsum intuetur quasi patronum: z vt aiunt canes z venatores nō possunt nocere bestie gladio quamdiu lapidem hunc habet presentem. hoc idem confirmatur per Arabari in lapidario suo.

Kap.465.

Apis melochites: quem quidam melonithen dicunt secundum Albertum lapis est arabic⁹ grosse viriditatis: sed nō translucidus sicut smaraldus z ē mollis. **Posse.** fertur q virtutem habeat custodiendi gestantem se a nociuis casibus: z super cunabula infantium. hoc autem ait in lapidario suo Enax.

Kap.466.

Apis mēphites secundū Albertum est lapis a ciuitate egypti: que menfis vocatur: qui dicitur vt ignis calere: virtute quidem nō actu.

Posse. hic tritus z in aqua mixtus in potu detur vrendis vel secandis: q inducit insensibilitatem ne sentiat cruciatū⁹. hoc idem ait Enax in lapidario suo.

Kap.467.

Apis magnesia: quem quidam magnosiam dicunt secundum Albertum lapis est niger: z ipso frequenter vtun-**Posse.** hic lapis distillat tur vitrearij. z fluit in magno z forti igne z non aliter: z tunc immixtus vitro ad purpureitatem ducit vitri substantiam. hoc idem Arabari dicit in lapidario suo.

Kap.468.

Apis mandasida vel marchasita secundum Albertū est lapis habens multas species colorum: quia colorem accipit cuiuslibet metalli: et dicitur marchasita argentea z aurea. z sic de alijs metallis. metallum tamen quod colorat eum nō distillat ab ipso sed euaporat in igne: z relinquit cinis subtilis: z hic lapis notus est apō alchimicos z in multis locis inuenitur. hoc similiter Enax in lapidario suo dicit.

Kap.469.

Apis nile Alb. dicūt aliqui hūc esse de genere lapidū. et inuenitur in capite bufonis: z sunt duo genera. vnus subalbidus: sicut si lac intrauerit in sanguine z vincit eum: z ideo sanguinis obscuras vias i eo dicunt apparere. z alius est niger z aliqñ pingitur in eo bufo sparsis pedibus z ante z post. dicunt etiam q si ambo simul includantur presente veneno eos adurere manū tangentis. pbationē aūt lapidis esse dicunt: q exhibitus bufoni viuo bufo eleuat cōtra eum z tāgit ore si potest. dicit etiam q p̄nte veneno varius efficit qui subalbidus est. hoc similiter Enax dicit.

Kap.470.

Apis onyx fm Alber. gēma p-hibet nigri coloris. inueniē melius genus esse nigrū albis venis variatū: venit aūt de india z arabia Inuenit aūt gn q diuersitatū pter varietate venaȝ z coloȝ. ferunt si surdus sit p̄ns ligat onix: z etiaȝ suspenditur a nocumento. hec aūt oia si hȝ pfecto ideo habet: quia hȝ virtutes mouendi melancoliā pcipue in capite. ex motu enim illius cū vapore oia ista pcedūt. dicunt aūt quidā onyx onychinū esse qd verisimile est: vel q sit alia species eius: sed color ñ est niger nisi aliqñ: sed colorē hȝ vt vnguis humanus: sed in onychinis nostris inueniūt multi colores: albi: nigri: z rubicundi. qui tñ oēs in substantiam q̄dam fricant: que similitudine exprimit vnguis hominis. Aiunt etiam q ex lachryma arboris que onycha dicit indurata in lapidem generatur. z dicūt hunc cāȝ esse q odoriferus est in igne. hunc etiam cam inquiunt esse q frequenter illius depictus imaginibus mirabilibus inuenit: quia lachryma a pncipio mollis facile formabilis pingit z pictura retinet qñ in lapide indurata coagulat hunc lapide dicunt insensibiliter intrare in oculū: z hoc esse mirabile. z ego vidi saphyrū intrare in oculū: z lapide gallii: z quendā aliū: cuius nomen ignoraui sine oculi lesione. politus enim z tenuis nō ledit oculū. nisi tangat aciem seu pupillaȝ oculi sensibile: z foramen vnec. **Posse.** Aiunt q collo vl̄ digito suspensus excitat tristiciā: z timores: z i somno fantasias terribiles. z multiplicare fertur lites z tristicias. dicitur q auget saliuam pueris.

Kap.471.

Apis ophthalmius secūdū Al. est lapis ab ophthalmia dictus: cuius color nō nominat forte. ideo quia ē multoȝ colorum. **Posse.** valere dr̄ gestanti cōtra oēs malos morbos oculoȝ. visus aūt circūstantiū dr̄ obcecare: z ideo etiaȝ patronus vocat. gestantes eiȝ eū quasi inuisibiles reddit. hoc silr̄ ait Enax.

Kap.472.

Apis orites fm Albertū habet tres species: quarum vna est nigra z rotūda. alia viridis maculā hñs albaȝ.

tertia cuius pars altera est aspera: altera plana. z est color eius quasi ferri lamina: z talis etiam est dispositio corporis eius: de quo fertur q̄ unctus oleo rosaꝝ z gestatus pferuat ab aduersis casib⁹.

Posse. Dicitur valere morbis pestiferis: z reptilium morsibus. dicitur etiam in physicis ligamentis. q̄ appensus mulieri p̄hibet ipsam impregnari: z si pregnans est aborsum facit.

Cap. 473.

Apis orphanus secundū Albertū: q̄ ē in corona romanorum imperatoris: non vnq̄ȝ alibi visus est, propter quod orphanus vocatur. est autem in colore quasi vinosus subtilem habens vinositatem. z hic est sicut si candidum niuis micans penetraret in rubeum clarum vinosum: z sit superatus ab ipso. est autem lapis perlucidus. z traditur q̄ aliquando in nocte fulsit: sed nunc tempore nostro nō micat in tenebris. **Posse.** fertur autē q̄ honori conuenit regali. hoc similiter ait Enax.

Cap. 474.

Apis panterus secundum Alb. est multos habēs colores z in vno corpe lapis nigrum videlicet viridem z rubeum: z alios multos. inuenitur etiā pallidus: purpureus z roseus. **Posse.** fertur autem fuscos efficit visus. inuenitur autem secundū plurimū in india. debet gestans respicere ad ipsum in mane oriente sole: z sic efficax z virtuosus. tot autē virtutes dicitur habere quot colores habet. hoc similiter ait Enax.

Cap. 475.

Apis peanithes secundū Albertum est lapis granatus de michedonia: z est femini sexus. **Posse.** certo tempore dicitur concipere z parere consimilem lapidem. et valere aiunt pregnantibus.

Cap. 476.

Apis pirithe vel peridonius secundū Albertuȝ est lapis colore fulgens vt ignis. **Pos.** dicitur autem valere contra arteticaȝ mirabiliter. z refertur de illo lapide: q̄ si fortius stringatur manu manuȝ aduret. vult ergo leuiter z prudē tangi: z ego ipsuȝ expertus suȝ sepius. dicitur autem de genere isto alia species esse: que dicitur ec chrysolito similis: nisi quia maioris viriditatis existit.

Cap. 477.

Apis prassius secunduȝ Albertum est lapis quis est mater z palatium smaraldi. est autem viridis coloris habens viriditatem sicut prassiuȝ. inuenitur autem aliquando cum rubeis guttis: z aliquando cum albis. Est alia species istius lapidis qui inuenitur cum guttis aureis: z vocatur chrysopassus z rarius inuenitur: z ideo carior existit: pro quo lege lapis chrysopassus. **Posse.** expertum est in tem q̄ cōfortat visum. z quasdam iaspidis. z quasdā smaraldi habent operationes. hoc silr ait Enax.

Cap. 478.

Apis quirin est lapis secunduȝ Albertum qui inuenitur in nido vpupe aliquando: que tota est auis prestigiosa z angularis: vt dicunt magi z augures. **Posse.** est autem hic lapis proditor secretoꝝ: z fantasias p̄mouens. si ponat supra pect⁹ dormientis. hoc silr ait Enax.

Cap. 479.

Apis quandros secundū Alb. est lapis qui aliqñ inuenitur in cerebro vulturis. **Posse.** virtus eius fert esse contra q̄slibet nociuos casus. z replet mām̄illas lacte. hoc similiter ait Enax.

Lapis raquinay z olchitis secundū Albertuȝ est idem quod bolus armenicus. est aūt lapis subrubeus. **Posse.** huius autē lapidis virtus pro certo experta est constrictiua ventris: z precipue constrictiua sanguinis dysenterie z menstruoꝝ: pro quo lege carnamenum.
Lapis bolus armenicus idem quod supra.

Cap. 480.

Apis saphyrus secundū Albertum est lapis valde notus secundum plurimū ei⁹ venit ab oriente z india: inuenitur ī hipopdomio apud rodiū p̄uincie regione z ciuitate: sed nō est adeo preciosus vt per omnia sit similis orientali. est aūt color perspicuus sicut celum serenatū: sed vincit in eo flauus color. z ideo melior qui est nō sat s perlucidus. optimus aūt qui habet nubes obscuras ad rubedineȝ declinantes. inuenitur etiam bon⁹: qui albidas habet nubeculas. similiter substantia sua sit sicut nubes fusca trasparēs aliq̄tulum. **Posse.** virtuteȝ ego vidi q̄ atraceē duos fugauit. aiunt etiam hunc lapidē hominem castum reddere: z interiorē ardorem refrigerare. sudorē restringere. dolorem curare frontis z lingue. vidi ego vnuȝ in annulo portare: z sordes ex oculis purgare: sed ante vult poni in aqua fri. z pōt similiter qd ante dicunt q̄ amittit virtutem z colorē post q̄ antracē curauit falsum est. dicunt etiam q̄ corpora vegetat. z paces conciliat. pium z deuotū ad deum efficit. z animū in bonis firmat. hic etiā syrtites a quibusdā vocatͬ eo q̄ in littore syrtiuȝ inueniatur.

Cap. 481.

Apis sardonis secundum Alb. est lapis quem quidā sardonicē vocant: est compositus ex duobus: sardio videlicet z onice. Est ergo rube⁹. z h color eminet ex sardio est etiā alb⁹ z niger: z colorem vngeus pferens ex onice. laudabilior autē est qui hos colores habet magis distinctos. inueni ur autem quinq̄ modis aut pluribus propter diuer-

sam colorum mixtionem. ꝛ frequētius inuenitur in india ꝛ arabia. Posse. fertur luxuriam expellere: ꝛ castum reddere: ꝛ pudicum. est tñ maxima huius virtus in hoc: ꝙ cum onichius nociuus sit hic nocere non pōt. sar dium in substantia habens admixtum.

Cap. 482.

Lapis sardius secundū Albertū est lapis ab antiquissimo iter preciosos lapides memoratus. est autē habens rubore spissum cum substantia peruia: sicut si peruietas imaginetur i rubea terra. ꝛ secundū hāc diuersitate inuenitur quinqꝫ modis: ita ꝙ aliquis nihil habet de peruietate: ꝛ for e ille matrix est aliorum ꝛ domus in qua generātur. in sardis aute ciuitate repertus esse dicitur: et sic vo catur. Posse. aiunt hunc lapidem accendere animū ad gaudiū. ꝛ acuere ingeniū: ꝛ per virtutes contrarias ligare onichinū boc similiter ait Enax.

Cap. 483.

Lapis sarda: ꝛ alij dicunt sardo secundum Albertum est lapis qui se habet ad tabulas ligni sicut magnes ad ferrum: ꝛ imo adheret ita fortiter tabulis nauium in mari: vt a tabulas euelli nō possit nisi abscindatur cū ipso ea pars tabule cui adheret. est autē in colore prassius hoc est virens. hoc similiter ait Enax.

Cap. 484.

Lapis selenite secundū Albertū est lapis de quo varia referuntur. dicunt enim quidam eum nasci in quodam genere testudinis indico: ꝛ esse variam. dicuntqꝫ hunc esse virentē: ꝛ in perside partibus frequentius inueniri siue in arabia: vt ingt Plinius. dicunt autē hunc crescere luna crescente ꝛ decrescere lu na decrescente. Posse. gestatus aute fert conferre presentiam quandam futurorū si sub lingua ponatur: precipue prima luna ꝛ decima existe. dicunt etiā ꝙ manē prima luna tantum habet virtute in prima hora: decima autē existente luna in decima hora. ꝛ modus diuinationis est ꝙ cū ponatur sub lingua ꝛ cogitetur de aliquo negocio: vtrum fieri deceat aut non. ꝛ si fieri deceat corde tenetur ꝛ infigitur: ita ꝙ auelli nō possit: ꝛ si fieri nō deceat statī cor desistit ab ipso. fert etiam ꝙ curat languentes ptisicos ꝛ debiles. hoc etiam ait Isaac beniamin.

Cap. 485.

